34-7-B-20- .5 194

CONSTITVTIONES ET DECRETA EDITA, ET PROMVLGATA IN Diœceſana Synodo Ciuitatis Boſanenſis.

AB ILLVSTRISS. ET. REVERENDISS. DNO

D. F. GAVINO CATTAYNA,

DEI, ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA Epiſcopo Boſaneñ, Abbate Sanctæ Mariæ de Corte, Priore Eccleſiæ Sancti Antonij Abbatis, ac de Conſilio Sereniſsimi, ac Potentiſsimi Domini noſtri Catholici Regis Hiſpaniarum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CELEBRATA

Die Tertia, & Quarta Menſis Februarij Anno Domini M. DC. LXV.

SACERI,

Ex Typographia Hieronymi de Caſtelui, Aguilò, & Logo. 1666.

Apud Antonium Seque.

De licencia Ordinarij.

APROVACION, Y LICENCIA DEL ILLVSTRISSIMO, Y REVERENDISSIMO SEÑOR DON IGNIGO ROYO *Arçobiſpo Metropolitano Turritano, Primado de Cerdeña, y Corcega, &c. y del Conſejo de ſu Mageſtad.*

A*Probamos eſtas* Conſtituciones Synodales Boſanenſes, *infraſcriptas y damos licencia para que ſe puedan imprimir, atento las auemos viſto, y examinado, y no tener coſa contra nueſtra Santa Fè, y buenas coſtumbres: antes mucha doctrina, inteligencia de los Sagrados Canones, y direccion muy ajuſtada para el gouierno Eccleſiaſtico, augmento del ſeruicio de Dios, y ſu culto, bien, y aprouechamiento de las almas. Datum en Sacer en nueſtro Palacio Arçobiſpal a los* 21. *de Setiembre de* 1665.

Ig. Arçobiſpo Turritano.

Angel Martinez Puliga Secr.

EDICTVM
pro Synodo conuocanda.

NOS Don Fr. Gauinus Cattayna, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Boſaneñ, Abbas Sanctæ Mariæ de Corte, Prior Eccleſiæ Sancti Antonij Abbatis, ac de Conſilio Sereniſsimi, ac potentiſsimi Domini noſtri Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Catholici.

Cùm fauente diuina gratia celebrare intendamus Noſtram diœceſanam Synodum ſub die tertia Februarij currentis Anni 1665. eam propterea per præſentes denuntiamus, & indicimus; ac vniuerſos & ſingulos Canonicos, Rectores, Parochos, Presbyteros, Clericos, tàm in Sacris, quàm in minoribus conſtitutos; nec non cæteros cuiuſcumque ordinis, dignitatis, conditionis, qui de iure, conſuetudine, vel quauis ratione ad hanc Noſtram Synodum accedere tenentur, per hoc Noſtrum Edictum conuocamus; in Domino monentes, ac eiſdem in virtute Spiritus Sancti,

cti, & ſub pœnis à iure, & Sacris Canonibus conſtitutis præcipientes, vt legitimo impedimento ceſſante (quod per certum Procuratorem coram Nobis exponi & probari volumus) die ſupra dicto, ſummo mane conueniant ad præfatam Synodum celebrandam, quam in hac Noſtra Cathedrali Eccleſia Ciuitatis Boſanen̄, ſub inuocatione Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & totius Curiæ triumphantis, ac diuini cultus incrementum, abuſuū extirpationem, morum correctionem, & ad animarum ſalutem propagandam inchoabimus. Nemini tamen accedere licebit, niſi cum clericali habitu honeſto, tonſura, & mundis ſuperpelliceis, & taliter conueniant, vt ad Sacrum Miſſæ Sacrificium faciendum, & ad Sacratiſsimam Euchariſtiam ſummendam, ſint omnes reſpectiue diſpoſiti. Parochi verò ſuum populū admoneant, & hortentur, vt die Dominico, Synodo præcedente, conteratur, & confiteatur, vt ſacra cōmunione ſe reficiat. Et poſt huius Noſtri Edicti promulgationem, in qua-

libet

 197

libet Eccleſia Parochiali, & præcipuè in hac noſtra Eccleſia Cathedrali, quolibet die Dominico, Litaniæ maiores recitentur, ſupplicationeſque ad Deum effundãtur, pro recta, vtili, & ſalûtari Noſtræ Synodi perfunctione: Monemus item Parochos, vt ante diſceſſum à propria Parochia, ſubſtituant pro ſe aliquem probum ſacerdotem, qui ſuæ abſentię tempore, Eccleſiam regat, & adminiſtret. Inſuper & denique mandamus, vt huiuſmodi Noſtræ litteræ Eccleſiæ Noſtræ Cathedralis, ac aliarum Diœceſis noſtræ Parochialium valuis affigantur, & eam habeant vim, ac ſi ſingulis præfatę litterę intimatæ fuiſſent. In quorum fidem præſentes noſtro iuſſu factas, Noſtra manu ſignatas, ac Noſtro Sigillo & Secretarij manu munitas. Dedim' Boſæ in Noſtro Epiſcopali Palatio in die Sanctiſsimo Epiphaniæ Domini 1665.

F. G. Epiſcopus Boſaneñ.

Petrus Paulus Pintor
Secret. Menſæ.

Illuſtri Capitulo Boſanenſi, ac Admodum Reuerendis Rectoribus, & vniuerſo Clero Noſtræ Diœceſis in Synodo congregato.

Fr. Gauinus Epiſcopus Boſanenſis ſalutem ſempiternam præcatur.

NOn immerito (chariſsimi in Chriſto fratres, & filij) Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 24. cap. 2. de reformat. aliaq; Concilia, Sanctiſsimique Patres, & Pontifices inſtituerunt, vt Eccleſiarum Epiſcopi, quorum fidei, Dominicus grex dicitur concreditus, ſingulis annis conuentus diœceſanos ſolicitè celebrent: non ad alium finem, niſi vt in illis, quidquid mali irrepſerit, antiquusque ille Dei, & noſtri generis inimicus in agro Dominico ſuperſeminauerit zizania; vel humana improbitas, & diabolica fraus contra Diuinum cultum, & ſalutarem obſeruantiam decoxerit, monitis ſalutaribus reparetur, & inſtauretur; etenim, ex quo Eccleſiæ Preſul cum ſacerdotibus, & clero, ac ſuis Adminiſtris incipit conſedere; dumque in huiuſmodi

conuentibus ſanctiſsimis Sanctionibus depranata corriguntur; tunc morum improbitas præciditur, facinoroſi plectuntur, & ipſe diabolus, ac illius aſtutiæ, & fraudes profeto iugulantur. Igitur cum Diœceſana Synodus in hac noſtra Diçceſi à multis annis ſit prætermiſſa: ſollicitudo Noſtra Paſtoralis, quam ſemper fixam in corde habemus, ſollicitè nos admonuit, vt quam citius ad illius conuocationem ſedulò procederemus; nullatenusque ad alium tempus eſſe differendum, ne malarum conſuetudinum vepribus, Dominicus grex, vndequaque obduceretur: ac metuendum, vt ſi diutius negligeretur, fixis altè radicibus, minus valerent extirpari; Qua propter noſtram hanc Synodum, vosque omnes in Chriſto fratres, & filios, Diuino aflante lumine, & impellente noſtri officij debito, in vnũ congregauimus, vt vnanimi, vnoque conſenſu, vitiorum ſilueſtras feras detectas, ac exturbatas, partim ad iugulandum, partim etiam ad ſanandum arripiamus. Sicque noſtram Diœceſim, quam ex corde diligimus, noſtrumque agrum Dominicum, ſuper quo ſpirituale ſemen

men ſanctitatis, virtutis, & timoris Dei ſeminare intendimus, vndequaque circumſeptũ, ac præmunitum, firmiſsimis propugnaculis ſemper habeamus.

Sed id quod nobis eſt incumbendum, noſtrumq; erit, vt vitam, & mores noſtros priùs reformemus, vt noſtro exemplo cæteri reformentur: quapropter chariſsimi memẽtote, inſtrumenta veſtra non eſſe enſes, ſclopos, aut tormenta bellica; nec minus ligones, falces aut raſtra; ſed miſſalia, breuiaria, calices, patenas, & cętera ſacramentalia. Mementote dico chariſsimi, quod ſumus ſal, ſed ſi nos inconditi, quis per nos ſalietur? Sumus lux; ſed ſi tenebræ effecti, quis per nos illuminabitur? Sumus ſancti; ſed ſi morboſi, quis per noſtrũ contactum non corrumpetur? Vnde optimè dixit Seneca, quod à conuerſantibus ſummũtur mores, & à maioribus minores diſcunt. Faxit Deus chariſsimi, vt tùm prudentia, tùm vigilantia, tùm charitate, & humanitate, tùm præcipuè exemplo, partes noſtras agimus, vt ſic in vinea Domini Sabaoth laborantes, & ſalutem animarum, & finem fidei noſtræ exultantes reportemus.

Man-

Mandatum de Synodi publicatione coram Patribus.

CVm Illuſtriſsimus, & Reuerendiſs. D. D. F. Gauinus Cattayna Epiſcopus Boſanenſis, Abbas Sanctæ Mariæ de Corte, Prior Eccleſiæ Sancti Antoni Abbatis, ac de Conſilio ſuæ Maieſtatis Domini noſtri Hiſpaniarum Regis Catholici: Edictum conuocationis Synodi Diœceſanæ in hac Ciuitate, & in tota Diœceſi iuſſerit publicare; cumque in Eccleſia Cathedrali Boſaneñ. ſub inuocatione Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ ſemper Virginis, ſub die 3 & 4 Februarij currentis Anni 1665. iuxta diſpoſitionem ſacrorum Canonum, Sacri Concil. Tridentin. & Pontificalis, ac Ceremonialis Romani, eãdem Diœceſanam Synodum celebrauerit, præſentibus Admodum Reuerẽdis, & Egregijs, Antiocho Maſia, Baquide Querqui, Doct. Mathia Salia Peralta Vicario Generali, Doct. Iuãne Mura, Leonardo Gauia, Bartholomeo Manca, Antonio Pitales, Angelo Quelo, Michaele Angelo Ibba, Don Antonio Sini, Ioſepho

ſepho Maſia Canonicis Boſanenſibus; nec nō Reuerendis Admodum Dominis, Baſilio Sāna Sillente Rectore Sinnarioli, Ioanne Gauino Ibba Rectore Villæ Nouæ, Doctore Don Michaele Cugia Rectore Parochialis Cullaris, Ioſepho Sanna Logu Rectore Sagamæ, Ioanne Stephano Pira Rectore Montis Leonis, & ferè toto Clero Boſanenſi, poſt quam ad Diuini cultus incrementum, abuſuum extirpationem, morum correctionem, & ad animarum ſalutis propagationem, breuibus & compendioſis verbis Latino ſermone omnes in Domino adhortatus fuiſſet, Conſtitutiones, & Decreta Synodalia, quæ ſequuntur coram tota ſynodo per Canonicum Ioſephū Maſia Secretarium Synodi, iuſsit publicare.

Synodi Officiales.

Admodum Reuerendus Vicarius Generalis audiat quærellas, ſi quæ deferuntur, & excuſationes abſentium.

Secretarius Synodi erit Admodum Reuer. Ioſephus Maſia Canonicus Boſanen.

Pro-

Promotor erit Reuerendus Baquis Manca, Beneficiatus Boſaneñ.

Magiſter Cęremoniarum erit Reuerendus Andręas Ogianu Beneficiatus Boſaneñ.

Decretum quod in Synodo nulli periudicetur in ſedendo.

ILluſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dominus vnà cum Patribus Synodi, ſtatuit, & decreuit, vt ſi contingerit alicui, in hac Synodo ſuo loco non incedere, aut alium actum in ſuo prędicto loco non gerere, non ideò cuiquam ius acquiri, aut acquiſitum eſſe intelligatur, ſed omnia in eodem ſtatu permanere, in quo ante hanc Synodum reperiebantur.

Decretum, vt præſentes ſua nomina deſcribi curent.

VT Eos qui per ob negligentiam, vel contumatiam huic Synodo non interfuerunt cognoſcamus, ipſoſque pœnis à ſacris canonibus iniunctis ſubjiciamus, præcipimus

omnibus, qui in hac Synodo iure interſunt, infra biduum proximum, nomina ſua, à deputato Secretario, deſcribi curent.

DECRETA SYNODALIA

De Fide Catholica profitenda.

CAP. I.

VT Conſortemur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus ſummere debemus ſcutum Fidei, in quo omnia tela nequiſsimi ignea, extinguere poſſimus; ac proterea ante omnia ſtatuimus (vt hæc Noſtra pia ſollicitudo principium, & progreſſum ſuum per Dei gratiam habeat) præmittendam eſſe Fidei confeſsionem, Sacroſancti Concilij Tridentini, & Conſtit. Pij Quarti diſpoſitionibus inhærentes: quare illã in hunc, qui ſequitur modum, & quo Sancta Romana Eccleſia vtitur, alta, & intelligibili voce exprimimus videlicet.

Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de reformat.

Pius 4. in Bull. Iniunctum. *idib. Nouembr.* 1564.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium, & in vnum Dominũ Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſuſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt; & reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas, & aſcendit in Cælum ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt iudicare viuos, & mortuos cuius Regni non erit finis & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filióque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas, & vnam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, cõfiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Apo-

Apoſtolicas inſuper, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſsimè admittimus, & amplectimur. Item Sacram Scripturam, iuxta eum ſenſum quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpetratione ſacrarum ſcripturarum admittimus; nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiemus, & interpetrabimur.

Profitemur quoque ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramẽta Nouæ Legis à Ieſv Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria: ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Pœnitentiam, Euchariſtiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaq; gratiam conferre: ex hijs, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ Ritus, in ſupra dictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipimus, & admittimus. Omnia, & ſingula,

quæ

quæ de peccato Originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridẽtina Synodo definita, & declarata fuerunt, admittimus, & amplectimur.

Profitemur pariter in Miſſa offerri Deo, verũ propriũ, & propiciatoriũ Sacrificiũ pro viuis, & defunctis, atque in Sanctiſsimo Eucharistiæ Sacramento, eſſe verè, & realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri Iesv Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtãtiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia, tranſubſtantiationem appellat.

Fatemur etiam ſub altera tantùm ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſummi. Conſtanter tenemus Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas, fidelium ſuffragijs iuuari.

Similiter Sanctos, vnà cum Chriſto regnãtes, venerandos, atque inuocandos eſſe, eoſq; orationes Deo pro nobis offerre, atque eorũ reliquias, eſſe venerandas.

Firmiſsimè aſſerimus imagines Chriſti, ac

De-

Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas, & retinendas eſſe, atq; eis debitum honorem, & venerationem impertiendum.

Indulgẽtiarum etiam poteſtatem, à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq; vſum, Chriſtiano populo, maximè ſalutarem eſſe affirmamus.

Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omniũ Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram, agnoſcimus, Romanòq; pontifici, Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Iesv Chriſti Vicario, verã obedientiam ſpondemus, & iuramus.

Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo, tradita, deffinita, & declarata, indubitanter recipimus, atque profitemur; ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque, ac Eccleſia damnatas, reiectas, & anathematizatas, Nos pariter dãnamus, rejicimus, & anathematizamus.

Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præ-

ſenti ſpontè profitemur, & veraciter tenemus, eandem integram, & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſsimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atq; à noſtris ſubditis, vel illis, quorum cura ad Nos in munere noſtro ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in nobis erit, curaturos.

De illis qui profeſsionem Fidei emittere tenentur.

CAP. II.

Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat.

DIſpoſitioni Sacr. Concil. Trident. inhærentes, præcipimus, vt omnes prouiſi de Canonicatibus, Dignitatibus, & Beneficijs, curam animarum habentibus, ante quam poſſeſsionem adipiſcantur, vel intrà duos menſes à die ſuſceptæ poſſeſsionis in manibus Noſtris vel Noſtri Vicarij Generalis, eandem Fidei profeſsionem emmittant: alioquin tranſgreſſores, nec fructus faciant ſuos, nec illis, adepta poſſeſsio ſuffragetur.

204

Præſtabunt etiam huiuſmodi Fidei profeſſionem, Confeſſores, & Concionatores, tàm Regulares, quàm ſæculares: aſsiſtentes quoq; Aduocati, Procuratores, Notarij, & miniſtri omnes in cauſis Fidei, ac etiam Cathedratici Theologiæ, Canonum, Legum, Phyloſophiæ, Medicinæ, & Mathematicæ; nec non Rethoricæ, ac Grammaticæ Magiſtri, ante quam ſuæ facultatis munus exercere velint, vel intrà duos menſes, ſi iam cœperint exercere, & hoc intelligimus etiam cum illis, qui eaſdem facultates, priuatim docere velint.

Tri le. ſeſſ. 25. c. 2. de reformat. & Conſtit. Pÿ IV. ſup. cit.

De cuſtodienda ipſa Fide.

CAP. III.

QVia Fides Catholica (ſine qua impoſsibile eſt placere Deo) dicitur lumen animæ, & radix omnium virtutum, ideò curandum eſt, vt non ſolùm ab omni perfidiæ, & hæreticæ prauitatis contagio, verùm etiam à leuiſsimo ſuſpicionis puluere, illibata cuſtodiatur.

Paulus ad Hebra. xj.

Pius IV. in conſtit. edit. Kal. Iunij ann. 2. & Nicolaus III. an. 4.

Quapropter non ſolum hæreticos, verũ etiam de hæreſi ſuſpectos, ſub anathematis pœna denunciare, vnuſquiſque tenetur; & qui conſcius non obtemperauerit, ſacramentali abſolutione carebit.

Conſil. Mediolanen. 1. de Hiſtrionib. & 2. quæ ad fidẽ tuendã pertinẽt.

Vnde Parochi diligenter inquirant, an Egiptij, vulgò dicti (*Zingaros*) veritatem Fidei Catholicæ profiteantur: Eccleſiæ Sacramenta, temporibus ſtatutis, ſuſcipiant, & Eccleſiaſticis præceptis pareant. An ad ſortilegia, ac diuinationes incumbant: atque vultus, manuumque eluſoria inſpectione, ſimplices fideles decipiant, culpabiles verò, ſi qui inueniantur, denuncientur, vt puniantur.

Decretum S. Inquiſit. Romæ 26. Aug. 1608. ſub Paul. 5.

Libri quoque, aut alia quælibet ſcripta, ſiue impreſſa, ſiue manu ſcripta, ſortilegia, incantationes, magias, aut alia huiuſmodi, ſeu contra bonos mores, aliqua continentia, ſtatim ſine mora reuelentur, & denuncientur; neq; eos legere, aut apud ſe retinere, quiſquam audeat, ſub pœnis in Edicto Sanctæ Inquiſitionis contentis.

Sacræ Scripturæ verbis, temerè non abvtantur fideles, nec illa in iocum, & contume-

liam

liam commuteret, ſub pœnis in *Sacro Concilio Tridentino* contentis. Parochi verò, & concionatores teneantur populis inſinuare huius criminis grauitatem: & eiſdem præcipimus, vt diligenter inquirant *Sortilegos*, Lamias, Magos, Striges, & huiuſmodi perditorũ hominum genus, vt debitis pœnis comprimantur. *Trid. ſeſſ. 4. in decr. de edit. libr. in fine §. Præterea.*

Diſtrictè etiam præcipimus, vt caueant omnes à ſuperſtitioſis obſeruationibus, quas omnino reſpuimus, & damnamus. Parochis omnibus iniungendo, vt de his, non ſolùm in viſitatione diœceſis, verum etiam extra illlã, certiores nos reddant.

Quæ omnes fideles tenentur ſcire.

CAP. IV.

Conc. Forojulien. c. n: Articuli Fidei, & Mogunt. c. 48.

OMnes fideles, etiam rudes tenentur explicitè ſcire Articulos Fidei, ab Eccleſia declaratos, ſeu Apoſtolorum Symbolum, quo

Romana Eccleſia vtitur; nec non Decalogi, & Eccleſiæ Præcepta, ac Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam: nec ante quam, de hijs ſufficienter fuerint edocti, ad Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ audeant accedere, immò accedentibus ſine debita inſtructione, huiuſmodi ſacramenta denegentur, & ab eiſdem ſuſcipiendis repellantur.

S. Thom. 22 quæſt. 2. & Conc. il. Lateranen. ſub Martino. c. 17.

Quapropter, pueri à teneris annis, in veræ religionis doctrina inſtruantur; & Parochi ſingulis Dominicis diebus, illos Fidei rudimẽta, per ſe, vel per alios diligenter edoceant: & vt ad eccleſiam facilius conueniant, pulſabitur in meridie, longo temporis ſpatio, campapana. Quod ſi ad Catholicam Doctrinam capeſcendam, Eccleſiam non frequentauerint, Parochi teneantur huiuſmodi negligentiam, ad nos defferre; vt de oportuno remedio prouidere poſsimus: & pro nunc decernimus, vt in poſterum nemo à Parochis, ad ſuſcipiendũ de ſacro Fonte infantem, Matrimonium cõtrahendum, aut ad aliorum ſacramentorum ſuſceptionem, vel confraternitatis alicuius

Tride. ſeſſ. 24. c. 4. de reformat.

par-

participationem, admittatur, qui Chriſtianā Doctrinam, prout perſcripſimus ex Trident ignoret.

De lectione caſuum conſcientiæ, & Verbi Dei prædicatione.

C A P. V.

OMnes, & ſingulos Sacerdotes, alioſque in Sacris conſtitutos in Domino hortamur, vt huiuſmodi ſaluberrimo, & vtili exercitio caſuum conſcientiæ ſemel in hebdomada interſint, habeantque congregationem illorum, in qua de aliqua materia agatur, & de eadem, ſaltim tres caſus proponantur, reſoluantur, & decidantur: negligentes verò, pœna pecuniaria ad arbitrium noſtrum, ſeu noſtri Vicarij Generalis, locis pijs applicanda, punientur. *Triden. ſeſſ. 5. c. 1. de reformat.*

Quo ad prædicatores vero inhęrentes Sacro ſancti Concilij Tridentini decretis, & alijs Sacris Canonibus, præcipimus, & mandamus, *Trid. ſeſſ. 5. c. 2. de ref. & ſeſſ. 24. c. 4. de reformat.*

mus,vt nemo in poſterum,ſiue ſæcularis,ſiue regularis, in hac noſtra Diœceſi, ſub quouis priuilegij, aut exemptionis prætextu,concionatoris munus,ſine noſtra licentia, & approbatione,audeat ſuſcipere ſub pœna excõmunicationis: & ſciant regulares, quod ſi fuerint prædicaturi in proprijs Eccleſijs, ab Epiſcopo benedictionẽ; ſi autem in alienis ab eodẽ licentiari debent; vnde operæpretium duximus verba Concilij,hic vt iacent, apponere, vt ad omnium notitiam perueniant; & ſunt ſequentes.

Verba Trident. Seſſ. 5. c. 2. de reformat.

Regulares vero cuiuſcumque ordinis,niſi à ſuis Superioribus de vita, & moribus, & ſciẽtia examinati, & approbati fuerint, ac de eorũ licentia, etiam eccleſijs ſuorum ordinum,prædicare non poſsint:cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, ante quam prædicare incipiant, in eccleſijs verò,quæ ſuorum Ordinum non ſunt vltra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur,ſine qua in ipſis eccleſiis non ſuorum Ordinum,nullo modo prædicare poſsint,ipſam

autem licentiã gratis Epiſcopi concedant. Sic Conc. Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. de reformat. ſeſſ. verò 24. cap. 4. de reformat. aſſerit ſic: *Nullus autem ſæcularis, ſiue regularis, etiam in eccleſijs ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat.* Quæ omnia Gregorius XV. confirmauit ſua conſtit. quæ incipit *Inſcrutabili* Non. Febr. 1622. vbi concedit facultatem Ordinarijs locorum procedendi ad cenſuras, & pœnas, contra inobedientes, tanquam Delegati Apoſtolici. *Et ſeſſ. 24. c. 4. de reformat.* *Grego. XV. 1622.*

In hoc precipuè concionatores intenti erunt, vt ea quæ vtilia ſunt ad ſalutem, & non quæ ad ingenij oſtentationem, aut quæ inaniter ad ſenſum oblectant, populis exponant. Illis propterea Dei Euangelia in ſua puritate annuncient, vitia increpent, virtutes commẽdent, & non ſolum verbo, ſed opere, & fructu miniſterium ſuum impleant, vt ſic à Domino laboris, & pietatis præmia, in retributione infirmiter expetare poſsint. *Con. Trid. ſeſſ. 25. de inuocat. & veneratio. & re iquijs Sanctor.* *Trid. ſeſſ. cit.*

Die, non noctu cõtionandum erit, præterquam in Paſsione Domini, in qua actiones, quæ in hac nocte, ſcenico apparatu repræſentari *Concil. Mediolaneñ. 4. de verb. Dei prædic.*

ſentari ſolent, tanquam deriſorias, ſub maiori excomunicatione, pœnitus prohibemus.

De Sacris Immaginibus, Reliquijs, ac veneratione Sanctorum.

C A P. VI.

Conc. Trid. ſeſſ. 25. de inuocat. & venerat. & Reliquijs Sanctor.

PAtrum conſenſu, & Sacrorum Conciliorum decretis ſancitum eſt, Sanctos, vnà cum Chriſto regnantes, eſſe inuocandos; quippè, qui ſuas orationes pro hominibus Deo offerunt: vnde valde bonum eſt, atque nobis vtiliſsimum, ad eorum orationes opem, atque auxilium conferre.

Trid. ſeſſ. cit.

Ex Sacris quoque immaginibus, magnum fructum percipimus; non ſolum quia admonemur beneficiorum, quæ à Chriſto ſunt nobis collata; ſed quia ad Sanctorum immitationem, vitam, moreſque noſtros componimus; & exercitamur ad diligendum Deum, & ad pietatem colendam.

Qua

Qua propter nemini licebit vllo in loco, vel Ecclesia, quantumuis, vel quomodolibet exempta, inſolitas immagines apponere, nec nouas reliquias recipere, aut noua miracula admittere, ſine noſtra facultate, & licentia. *Triden. vbi ſup. Concil. Lateranen. ſub Innoc. III. c. 62.*

Cathalogus verò reliquiarum in qualibet Eccleſia, vbi fuerint, conficiatur, vetuſtæque illarum inſcriptiones, renouentur, & honeſtis in locis, & decoris vaſculis in Eccleſia cuſtodiantur: Nec populo oſtendantur, niſi lumina ſuccēdantur: ac ſtatutæ precum recitationes honorificè, ac reuerenter adhibeantur; & ſub maioris excommunicationis pœna præcipimus omnibus, ad quos ſpectare poteſt, vt ne quidē paruulã, aut perceptibilem reliquiã, pro ſe, vel pro alijs diſtribuendam ſummant, ſed fideliter, ac diligenter illas cuſtodiant.

Mandamus inſuper, vt parietes, in quibus Sacræ immagines cernuntur corroſæ, aut in deformitatem collapſæ, quam citius dealbari: ſi lignæe fuerint comburantur, & cineres in ſacrario deponantur: & ſi marmoræe, in eccleſiæ pauimento, honeſtè recondantur. *C. Altaris de conſecr. diſt. 1.*

De Indulgentijs.

C A P. VII.

Tride. ſeſſ. 25. de indulgentijs.

NE Fideles Indulgentijs (quarum vſum valde ſalutarem eſſe populo Chriſtiano, vt Sacro ſanta Tridentina Synodus, & alia concilia probant) abutantur; præcipimus omnibus, ad quos ſpectat, vt intra quatuor menſes à pręſentis Synodi publicatione, notam integram, & fidelem omnium, & ſingularum indulgentiarum, à benignitate Sedis Apoſtolicæ conceſſarum, ad Curiam noſtrā tranſmittant. Et in poſterum, ante quam publicentur à quibuſcumque etiam Regularibus (vt fraudibus obuietur) à Nobis, vel à Noſtro Vicario Generali, præcedenti diligenti examine, approbari debent: quæ ſic approbatæ, gratis notabuntur à Noſtro Cancellario, ſeu Curiæ noſtræ Notario, vnà cum tempore, quo vigorem obtinebunt.

De

De Feſtorum obſeruantia.

C A P. VIII.

ILlud in primis ſtatuimus, vt Parochi maximam curam habeant, vt dies feſtiui, qui præcipuè tales ſunt, ex Eccleſiæ præcepto, piè, ac religiosè colãtur, & quod omnes Chriſti fideles, quorum animæ eorum curæ concreditæ ſunt, ſacratiſsimo Miſſæ Sacrificio, attentè, ac deuotè interſint, admoneantque ſedulò Patresfamilias, vt filios, ac ſeruos, non ſolùm non impediant, vt dictis feſtiuis diebus Miſſam audiant, ſed eoſdem ad huiuſmodi præcepti obſeruantiam, ſolicitè inducant, & ſi opus fuerit rigurosè compellant; omne ſeruile opus, ſeu mecanicum, etiam rurale prædictis diebus prohibemus: Omnes Chriſti fideles in Domino exortantes, vt ab eiſdem operibus, omnimodè ſe abſtineant, memores sẽper, quod Deus nos viſitat, ſicut eum colimus. *C. Apoſtolica de conſecrat. diſt.* 1 *C. Omnes, & C. Miſſa* *Bull. Pij* 5. 27. *Martij* 1566. *Bull. Pij V. citat.*

Qui verò ſuæ obligationis immemor fuerit, & huiuſmodi illicitis operibus operam dederit, depræhenſus: præter diuinam vltionẽ, *Concil. prouicial. Turritaneñ.*

& pœnas in Bulla fœlicis recordationis Pij V. inflictas pœnam etiam ſex regalium nouerit ſe incurſurum.

Synod.° Boſan.Faræ.

Compræhendimus etiam in hoc Decreto, omnes vendentes, & ementes, adeò vt nihil emi, vel vendi poſsit, niſi quod ægrotis, aut diurno victui ſit neceſſarium; & tandem obſecramus omnes in viſceribus Iesv Chriſti, vt prædictis feſtiuis diebus à profanis negotiationibus,& iuditiorum ſtrepitu quieſcant; ſed quærentes primum Regnum Dei, & iuſtitiã eius, omnia bona ipſis poſtea adjiciantur.

FESTA OBSERVANDA IN CIuitate, & Diœceſi noſtra Boſanen. & quæ ſignata fuerint littera (P.) erunt de præcepto, quæ littera (D.) ex deuotione.

Ianuarius.

P. 1. Circumciſio Domini.
P. 6. Epiphania Domini.
D. 17. Sancti Antonij Abbatis.
D. 20. Sancti Sebaſtiani Martiris.

Fe-

Februarius.

P. 2. Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
P. 24. Sancti Mathiæ Apoſtoli, anno bix. 25

Martius.

P. 19. Sancti Ioſeph Confeſſoris.
P. 25. Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

Aprilis.

D. 25. Sancti Marcij Euangeliſtæ.

Maius.

P. 1. Sanctorum Philippi, & Iacobi Apoſt.
P. 3 Inuentio Sanctæ Crucis.
P. 28. Sanctorum Epimelij, & Emilij Martirum huius noſtræ Ciuitatis Patronorũ, & in Diœceſi Boſaneñ.

Iunius.

D. 13. Sancti Antonij de Padua Confeſſ.
P. Natiuitas Sancti Ioannis Baptiſtæ.
P. 29. Sanctorum Apoſtolor. Petri, & Pauli.

Iulius.

D. 2. Viſitatio Beatę Mariæ Virginis.
D. 16. Sancta Maria de Monte Carmeli.
D. 22. Sanctæ Marię Magdalenæ.
P. 25. Sancti Iacobi Apoſtoli.
P. 26. Sanctæ Annæ Matronæ.

Auguſtus.

D. 5. Sanctæ Mariæ ad Niues.
P. 10. Sancti Laurentij Martyris.
P. 15. Aſſumptio Beatæ Mariæ Virginis.
D. 16. Sancti Rochi Confeſſoris.
P. 25. Sancti Bartolomei Apoſtoli.

September.

P. 8. Natiuitas Beatæ Mariæ Virginis.
P. 22. Sancti Mathei Apoſtoli.
P. 29. Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

October.

D. 4. Sancti Franciſci Confeſſoris.
D. 18. Sancti Lucæ Euangeliſtæ.
P. 25. Sanctorum Gauini, Prothi, & Ianua-

rij

rij Patronorum Prouinciæ Turritanæ.
P. 28. Sanctorum Simonis, & Iudæ Apoſtol.

November.

P. 1. Omnium Sanctorum.
P. 11. *Sancti* Martini Epiſcopi, & Confeſſ.
P. 30. *Sancti* Andræe Apoſtoli.

December.

D. 8. Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.
D. 13. *Sanctæ* Luciæ Virginis, & Martyris.
P. 21. *Sancti* Thomæ Apoſtoli.
P. 25. Natiuitas Domini noſtri Ieſv Chriſti.
P. 26. *Sancti* Stephani Prothomartyris.
P. 27 *Sancti* Ioannis Apoſtoli, & Euangel.
P. 28. *Sanct*orum Innocentium martyrum.
P. 31. *Sancti* Sylueſtri Papæ, & Confeſſoris.

Feſta mobilia.

P Dominicæ omnes totius anni.
P. Dies Paſchæ Reſurrectionis Domini cum duobus ſequentibus.
P. Aſcentio Domini noſtri Ieſv Chriſti.
P. Pentecoſtes cum duobus ſequentibus.

P. Corpus Chriſti.

P. Feſta Patronorum Parochialium eccleſiarum intra limites Parochię

Et quia ad inſtantiam Sereniſsimi Catholici noſtri Hiſpaniarum Monarchae Philippi Quarti, Sanctiſsimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Alexander Papa VII. ſub die 2. Menſis Iulij elapſi anni 1664. per ſuum reſcriptum iuſſerit ſub precepto, vt ab omnibus tam ſæcularibus, quam regularibus Hiſpaniarum Regnorum, qui Horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Miſſa Immaculatę Conceptionis, cum Octaua in poſterum recitetur: Ideò reuerenter, & lætantes huiuſmodi decretum recipientes præcipimus, vt in hac noſtra Diœceſi, ſingulis annis prędictum Feſtum, & Officium cum Octaua Immaculatę Conceptionis ab omnibus prout præmittitur, ſolemniter, & deuotè celebretur, & recitetur.

Atque ad excitandam antiquam populi deuotionem erga Sanctiſsimum Martyrem Sebaſtianum, contra epidemię, & peſtilentiæ morbum, in hac noſtra Prouincia Aduocatũ,

& Protectorem, ordinamus, vt inter commemorationes communes poſt illam Sanctorũ Epimelij, & Emelij, addatur hæc, quæ ſequitur cum ſua oratione.

Antiphona.

O, Beatæ Sebaſtitane intercede pro nobis ad Dominum Ieſum Chriſtũ, vt à peſte, ſeu morbo epidemiæ liberemur.

℣. Ora pro nobis Beate Sebaſtiane.

℟. Vt à peſte ſeu morbo epidemiæ liberemur.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui meritis B. Sebaſtiani martyris tui glorioſiſsimi, quandam generalem peſtẽ hominibus mortiferam reuocaſti; concede propitius, vt qui eius commemorationem agimus: eius meritis, & præcibus ab ipſius peſtis, & epidemię morbo liberemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

De obſeruantia ieiuniorum.

CAP. IX.

C. Ieiun. de conſecrat. diſt.8.

AD Obſeruantiam ieiuniorum, quæ ad peccatorum medelam ab Eccleſia, ſalubriter ſunt inſtituta, obligantur omnes fideles ſub pœna culpæ mortalis, poſt completum ætatis ſuæ annum vigeſimũ primum. Ab hac tamen obligatione excuſantur omnes, qui vrgentem neceſsitatem, ętatis imbecillitatem, aut aliam rationabilem cauſam habuerint; ſed prius Medici, & Confeſſores ſunt conſulendi, vt conſtita cauſa rationabili, per Nos, aut per Noſtrum Vicarium poſsimus cum illis diſpenſare, in Ciuitate Bolanen. in Diœceſi verò, per Parochos, aut ipſis defficiẽtibus, aut abſentibus, per Vicarios, aut Sacerdotes ſeniores.

C. Quadrageſima. C. Conſi. ior. de obſeru. ieiunij.

Iniungimus verò medicis, ac chirurgis, vbi fuerint, vt teſtimonium, ac fidem ſuam niſi illis, qui iuſtam cauſam habuerint, tantummodo concedãt; quod ſi secùs fecerint, grauiter illorum conſcientiam oneramus.

Illi

Illi verò, quibus conceſſa licẽtia fuerit, carnes in diebus prohibitis comedendi, non niſi ſecretò illas præparent, & commedant: ac celatas, & contectas per viam deferant, vt omnis ſcandali ocaſiò euitetur. *dict. c. Conſilior. de obſer. ieiun.*

Ieiunia quæ debent obſeruari de præcepto.

Omnes dies Quadrageſime Dominicis exceptis. *Canon. Apoſtolicum 64. C. Non oportet. C. Quadrageſima de conſecr. diſ. 5. C. ieiun. C. conſtituimus. cum ſeqq. q. 86.*

Quatuor anni Tempora.

Vigiliæ.

Natiuitatis Domini noſtri Iesv Chriſti.

Penteceſtes.

Aſſumptio Beatæ Mariæ Virginis.

Omnium Sanctorum.

Omnium Apoſtolorum exceptis vigilijs Sanctorum Ioannis, Iacobi, Philippi, ac Barnabæ Apoſtolorum. *C. ex parte. C. Conſilio. de obſeruãt ieiun.*

Sancti Ioannis Baptiſtæ.

Sancti Laurentij Martyris.

Aduertendum, quod ſi vigiliæ in diem Dominicum inciderint, ad Sabathum præcedẽ-

tem, erunt transferendę; ſicut etiam Vigilia Sancti Ioannis Baptiſtæ, ſi inciderit in Feſto Corporis Chriſti, erit etiam in diem præcedentem transferenda.

Honori⁹ 3. Aduertant etiam fideles, quod ſi Natiuitas Domini noſtri Iesv Chriſti in feriam ſextam, aut in Sabbathum inciderit, non tenētur illo anno, & in tali die ab æſu carnium abſtinere: quia Honorius III. ob tanti diei ſolemnitatem ſuper æſu carnium diſpenſauit. Sciant tamen, quod ſi in alijs ſextis ferijs, & Sabbathis totius anni, carnes ſine vrgenti neceſsitate comedere auſi fuerint, tanquam de hæreſi ſuſpecti punientur. *C. Sabbath. c. ieiun. de conſecrat. diſt. 1. S. Th. 2. 2. q. 147. art. 7.*

Admonitos tandem volumus eſſe fideles, vt ieiuniorū temporibus, ab illicito abſtineāt voluptatibus. Etenim, non in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtri ſumma ieiunij, aut fructuosè corpori eſca ſubtrahitur, niſi mens ab iniquitate reuocetur, docet Sanctus Leo Papa. *S. Leo Papa ſerm. 2. de Quadrag.*

De celebratione diuinorum officiorum.

C A P. X.

QVæ ad celebrationem diuinorum officiorum ſpectant, Sacra Tridentina Synodus inter alia decreuit. Videlicet *Quod omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia; & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, aſsiſtere, & inſeruire, atque in choro ad pſallendum inſtituto, Hymnis, & canticis, Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteque laudare: veſtitu inſuper decenti tàm in Eccleſia, quàm extra, aſsiduè vtantur: ab illicitiſque venationibus aucupijs, choreis, tabernis, luſibuſque abſtineãt, atque ex morum integritate polleant, vt meritò Eccleſiæ ſenatus dici poſsit.*

Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reformat. verſ. omnes verò. C. dolentes de celebr. Miſſarum, & c. cleric. nõ reſiden.

Itaque omnes quicumque Dignitates, ac canonicatus in Noſtra Cathedrali obtinent, aut qui in illa, choro ſunt mancipati, diuinas laudes per ſe ipſos ad normam Breuiarij Romani,

Trid. ſupra

mani, & Miſſalis, ſingulis diebus perſoluere tenentur, iuxta diſpoſitionem Sacro ſancti Concilij Tridentini ſuperius traditam. Valde etiam laudabile erit ſi in alijs Eccleſijs, Parochus cũ alijs præsbyteris, vel etiam ſolus quotidie; coram Sanctiſsimo Sacramento officium recitauerit.

Dum verò officia,& Diuinæ laudes perſoluuntur, colloquia,nugæ, diuagationes,ſcripturarum,aut litterarum lectiones,cacchini,& riſus, aut alia huiuſmodi à tanto loco aliena penitus eliminentur. Et ſi aliquis in ijs delinquerit, tanquam abſens punietur, & diſtributiones amittet.

Triden. loc. ſupr. cit.

Qui poſt inchoatum officium ingreditur chorum: ſi Canonicus fuerit, Altari, deinde Nobis, ſi adſuerimus, profunda capitis inclinatione, reuerentiam exhibeat: cæteri verò genuflectant. Si tamen adſit Sacramentum, omnes, nemine excepto, genufletere tenentur ãte Altare:deinde hinc,inde decẽter chorum ſalutabunt.Omnes tandem in Domino commonentes, vt qua decet modeſtia, grauitate,& circumſpectione,attentione,& deuotione

c. licet de præb. & dignit. 1. olim de verb. ſignificat.
Tri. ſeſſ. 24. c. 12.

tione pſallant, pauſaq; decenti, in medio verſiculi pſalmorum, interiecta, piè, ac religioſè diuinas laudes perſoluant.

Quomodo Chorns moderandus ſit.

C A P. XI.

ORdinamus, vt in poſterum Chori moderator, in Noſtra Cathedrali, maximã curam habeat, ante quam officia inchoentur, pręparandi, inueniendi, ac diligenter diſponendi omnia, quæ in quolibet die erunt recitanda: & attendat etiam vnà cum Magiſtro Cæremoniarum, ad nutum Præſidentis, vt illi qui Euãgelium, Epiſtolam, Lectiones, ac Proſerias erunt cantaturi, ſint habiles, & idonei, nec ad huiuſmodi munera, nec ad officia ſacra admittantur, niſi priùs illis conſtet de eorum habilitate, & ſufficientia, in legendo, cantando, & in cæremonijs faciendis.

Et vt quilibet certus de proprio munere

redda-

reddatur, curabit deſcribere nomina Canonicorum,& hebdomadariorum,ac reliquorũ miniſtrorum, qui Miſſam, Euãgelium, & Epiſtolam per totam hebdomadam canere tenebuntur Et tabula in qua prædicta nomina erunt deſcripta in Choro,aut Sacriſtia publicè apponantur, & qui à proprio munere ſine cauſa defecerit, vnius regalis, pro qualibet vice,pœnam luet.

c. 1. 25. diſt. verſ. ad pſalmiſtam.

Ad ipſum quoque moderatorem pertinet curare,vt Officium ſolemniter recitetur, pſalmos intonabit,tonumq; obſeruabit,ipſumque ſemper in tono,& cantu ſequentur;illi omnino in hac parte obediendo ; & ſi quis illius officium perturbare audebit, diſtrictè contra ipſum per Chori Preſidentem agetur.

De Chori Punctatore.

C A P. XII.

AD Reprimendam negligentiam illorum,qui Choro non interſunt,Pũctatore eſt eligẽdus à Capitulo, cuius

munus

 216

munus erit punctare,& adnotare abſentes,ac etiam in Choro,& Sacriſtia colloquẽtes. Electus in punctatorem, ante quam ſuum officiũ exerceat, præſtare tenetur iuramentum in manibus Noſtris, ſeu Noſtri Vicarij Generalis de hoc munere diligenter,ac fideliter (nulla perſonarum habita exceptione) adminiſtrando.

De Magiſtro Cæremoniarum, & eius officio.

C A P. XIII.

Aſſumatur à noſtro Capitulo Magiſter Cæremoniarũ, aſpectu, & ſtatura corporis conuenienti,& multo magis ſufficientia,& bonis moribus præditus,expertus, & docilis ad hoc munus exercendum, & in Ordine Sacerdotali conſtitutus, ac rituum eccleſiaſticorum, aſsiduus, & diligens præſcrutator, qui ſemper ſolicitus erit circa perſonam Epiſcopi,aliarumque perſonarum digni- *Ceremoniale Epiſcop. lib. 1. c. 5.*

E tate,

tate, aut nobilitate præſtantium, vt eis præſto ſit, ſi quid petant, aut ſi de aliqua re admonẽdi erunt.

Inſtruat omnes præcipuè quando occurrũt officia celebranda, quæ non ita frequenter euenire ſolent, ac diſponat, & ordinet omnia ritè, & diſcretè ſine ſtrepitu, ac maxima circumſpectione, & modeſtia, & hoc præcipuè obſeruare debet in proceſsionibus, & ſupplicationibus faciendis, in quibus attendere diligenter debet, vt ſine tumultu, & ordinatè vnuſquiſque in ſuo loco incedat.

In celebratione verò miſſarum ſolenniũ, & diuinorum officiorum obſeruare curabit ceremonias dethurificando & pacem dando, ac de alijs quæ diſponuntur in cæremoniali.

Ac demum ſuos actus agat diſcretè, grauiter, & modeſtè, ſubmiſſa voce, ac nutu, ſi fieri poteſt, vt cæteris deuotionem, & reuerentiã pariat, ipſeque ab omnibus commendari videatur.

Omnes tam Cænobicos, quam alios de Choro in Domino præmonentes, vt illi in his, quæ ad cultum diuinum ſpectant ſine contradictione obediant.

De Sacriſta, & eius officio.

C A P. XIV.

ASſumendus etiam erit in Noſtra Cathedrali Sacriſta, qui aptus, & idoneus meritò cenſeatur, & in Ordine Sacerdotali conſtitutus, cuius munus erit curare, vt paramenta ſacra, vaſa, libri, cærei, ornamenta, inſtrumentaquè vſibus Eccleſiæ, ac Altarium deſtinata, vnà cum reliqua ſuppellectili eccleſiaſtica integrè, ac mundè conſeruentur. *Ceremoniale Epiſcop. lib. 1. c. 6.*

Ad ea verò, quæ ad Sacroſanctæ Euchariſtiæ cultum, & honorem reſpiciunt, maximâ cum diligentia, animum ſuum conuertere debet, præcipuè vt circa tabernaculum vbi cuſtoditur, ſemper lampades ardeant, & nūquam extinguantur.

De Parocho & eius officio.

C A P. XV.

SCiant Parochi, partes ipſorum eſſe in vi- *C. final. de reſid. in 6.*

nea Domini inceſſanter laborare, vnde proptereà eos in Domino commendamus, vt aſsiduè in ſuis Parochijs commorentur, nec ab eis diſcedere liceat, neque extra Parochiam pernoctare, niſi per breue tempus, cauſa vrgente, & neceſſaria, & priùs idoneo, atque approbato ſubſtituto ibi relicto. Quod ſi per maius temporis ſpatium abeſſe, neceſſe fuerit, priùs quam diſcedat, à Nobis, vel à Noſtro Vicario Generali, licentiam impetrare tenetur, alioquin ſe mortale peccato irretitum eſſe, ac pro tẽporis rata, fructus ſuos non facere ſciãt.

Triden. ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. Hoc idem ſtatuimus de omnibus illis, præbendas, ſeu beneficia perſonalem reſidentiã requirentia habentibus; quatenùs ea omnia, quæ à Sacro Trident. Concilio ſunt ſancita, inuiolabiliter obſeruent.

Tenetur etiam Parochus nomina, & cognomina quarumcumque perſonarũ ſibi ſubiectarum in libro diligenter deſcribere, & baptizatorum, confirmatorum, coniugatorũ, nec non mortuorum, adnotare.

Studeat etiam, populum ad ſacramentorũ frequentiam, præcipuè in feſtiuitatibus ſolemnioribus

218

nioribus inflamare: pauperes, & ægrotos ſæpiùs viſitare, de ſingulorum vita, & moribus exquirere: & ſi aliquos flagitijs contaminatos inuenerit, Dei zelo armatus, eos inceſſanter commoneat; ac ad iuſtitiæ ſæmitam, & viam rectam, ſuis exortationibus, & correctionibus diligenter, ſuauiter, & fortiter reducat.

Caueat ne aliquem ſine baptiſmo, aut ſine pœnitentiæ ſacramēto, ſacro Viatico, extrema vnctione, & præcum ſuffragijs, ex hac vita diſcedere negligenter, aut culpabiliter permittat; nec in ſacramentorum adminiſtratione, quidquam à fidelibus directè, vel indirectè exigat, aut petat, ſed ſolùm illorum incolumitatem, & ſalutem diligenter quærat. *Conc. Mogunt. c. 34. Concil. Col. de adminiſtrat. ſacrament. c. 49.*

Feſta etiam, ac ieiunia de præcepto, quolibet Dominico die populo obſeruanda indicet; & ſingulis diebus in ſua Eccleſia, vt muneri ſuo ſatisfaciat, Miſſam celebrare procuret. Quilibet etiam Parochus habeat quinque libros, in primo baptizatorum, in ſecundo cōfirmatorum, in tertio matrimonia contrahētium, in quarto defunctorum, in quinto omnium in ſua Parochia degentium, nomina diſtinctè *Triden. ſeſſ. 24. c. 1. de reformat.*

ſtinctè teneantur deſcribere. Poſt Octauam vero Paſchalis Reſurrectionis, cathalogum non communicantium ad Nos, quam primũ tranſmittere teneatur.

De Sacramentis.

C A P. XVI.

Triden. ſeſſ. 13. c. 7. de reformat. c. panem de conſecr. diſ. 2.

STudeant diligenter ſacramentorum miniſtri, in illorum adminiſtratione, ſiue per confeſsionem, ſiue per contritionem (ſi deficiat confeſſarius) conſcientiam à lethalis culpæ labe, habere emundatam: in ipſoquè adminiſtrationis actu, actualem, vel ſaltim virtualem, ac firmam faciendi, id quod præſtat Sancta Mater Eccleſia, intentionem habeāt.

Triden. ſeſſ. 7. de ſacrament. c. 11. Et ead. ſeſſ. 7. c. 13.

Pro vſu Sacramentorum habeāt proprias materias preparatas, non ſolùm in ſubſtantia, ſed in perfectiori ipſarum materiarum qualitate valde ſolliciti, quatenus ſcilicet ſint mūdę, puræ & nitidæ, & in illis adminiſtrādis, formas præſcriptas obſeruent, nec illas varient, immutuent, aut excedant.

Et

Et vt populus ad illa recipienda, maxima cum reuerentia, & deuotione poſsit excitari; virtutes, vſus, præſtantiam, & effectum ipſorũ, vernaculo ſermone, poterit Parochus explicare; & ad eadem ſacramẽta miniſtranda ſuperpelliceo erit indutus, & ſtola humeris ſuperimpoſita. Caueant tamen, ne ſacramenta Baptiſmi, Euchariſtiæ, & Matrimonij, præterquam in caſu vrgentiſsimæ neceſsitatis, extra Eccleſiam, miniſtrentur. *Triden. ſeſſ. 24. de reform. c. 7.* *conſecrat. Clemen. in vnica. Baptiſmo.*

De Sacramento Baptiſmi.

C. A. P. XVII.

AD Hoc præſtantiſsimum Sacramentum miniſtrandum, Sacerdos miniſtraturus, in primis Diuinam aſsiſtentiam implorare debet; deinde cum debita intentione, attentè, deuotè, & religiosè, illud miniſtrare. Prius tamen à parentibus intelligere debet, an domi ob aliquam vrgentem neceſsitatem, ritè, & cum debita forma fuerit baptizatus infans; & ſi verè domi baptizatus *Triden. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat.*

fuerit, iterũ non baptizet, ſed ſolùm adhibeat preces, cæremonias, & cathechiſmum.

diſt. 4. de conſecrat. Clemen. in. vnica de Baptiſmo.

Huius Sacramenti forma eſt: *Ego te Baptizo In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.* quam formam debent etiam obſtetrices inuiolabiliter obſeruare: & de illa, ante quam hoc munus exerceant, à Parocho diligentiſsimè examinari, & ſi extaret dubium, quod domi non eſſet infans verè, & ritè baptizatus, ſub conditione erit baptizandus, videlicet: *Si non eſt baptizatus, Ego te baptizo; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti Amẽ* Hic tamen caſus debet eſſe maximè dubius, poſt factam diligentiſsimam inquiſitionem.

Triden. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat.

Compatres adhiberi debent in hoc Sacramento, non tamen plures iuxta præſcriptum Sacro ſancti Concilij Tridentini; ſed vel marem, vel fœminam, aut marem, ac fœminam, tãtum adhibere. Cõpatres huiuſmodi, inſtrui debent à Parochis, de ſpirituali cognatione; quæ naſcitur inter eum, & baptizatum, illiuſq; patrem, ac matrem; & quod hęc cognatio nõ diffunditur ad vxorem, ſi vir ſuſcipiat tãtum, nec è contra: ac tanti eſſe monenti huiuſmo-

di cognatio, vt matrimonium contrahendum impediat, & contractum dirimat. Ad hoc Sacrum munus non debent admitti excommunicati, interdicti, eo anno in tempore Paſchatis, ſacra Communione, non refecti; nec non prima Fidei rudimenta ignorantes, aut infames, ſeu publici criminoſi. *Trid. ſupra cit. eod. loc.*

Ad Parochum ſolùm munus baptizandi pertinet; in caſu verò neceſſitatis, omnes poſſunt baptizare, ſeruata forma ſuperius à nobis relata, & quod clericus, laicis, maſculi, fœminæ, ſemper preferantur.

In imponendis verò infantibus nominibus, aduertant Parochi, quod non niſi ea, quæ pietati chriſtianæ conueniunt, vt ſunt nomina Sanctorum, imponant, & ſtatim poſt baptiſmum, ipſius baptizantis, baptizati, parentũ, & compatrum nomina, & cognomina, cum die natalitio, & baptiſmi deſcribantur, in libro ad hoc deſtinato, vt ſupra mandauimus.

Quot annis in Sabbatho Sancto, ac Pentecoſtes, ſolemni ritu aqua baptiſmi, debet be[n]dici, ac in Parochia (& non in alia Eccleſia) in vaſis marmoreis, in loco conſpicuo, ac in-

trà opertorium ligneum bene clauſum, ſera, & claui munitum, vnà cum vaſculis argenteis, Sacri Chriſmatis, & olei Cathecumenorum, debet diligenter ſeruari, ſub pœnis arbitrio Noſtro infligendis, ac in eadem Eccleſia vbi ſeruatur fons baptiſmalis, & non in priuatis domibus, aulis, ac cubiculis, debet hoc Sacramentum conferri, niſi contrarium ſuadeat imminens vitæ periculum. Quod ſi periculū non ineſt, infrà octo dies, ad ſummum, ad Eccleſiam Parochialem deferatur infans, vt baptizetur.

Admoneat tandem Parochus, parentes, aut nutrices infantium, ne propter periculum ſuffocationis, quod multoties accidit, ante expletum ætatis annum, in lecto retineant, ſub pœna excommunicationis.

De Sacram. Confirmationis.

CAP. XVIII.

C. 2. de conſecr. diſt. 5.

HOc ſaluberrimum Sacramentum, & ſi cum cæteris conueniat in conferenda

gratia,

gratia, tamen per illud ſpecialis in cordibus noſtris, mirẽ infunditur, & augetur, & illius muniti præſidijs, aduerſus diabolicas contentiones, tanquam Chriſti milites ſignati, confirmamur, & roboramur: & propterea Parochi ante huius Sacramenti adminiſtrationẽ, populum doceant, effectus, & nobilitatem ipſius.

De inceps à nobis non confirmabuntur, niſi attingerint ad minus quintum ętatis annum. Et ſi fuerint adulti, ante huius Sacramẽti ſuſceptionem, ſint confeſsi, vel ſaltim contriti, cùm propoſito quam primùm confitendi; ſemel verò confirmatus, non poteſt ſine ſacrilegio confirmari. *Pontifical. Rom.*

Ad ſuſcipiendum confirmandos, non admittantur, niſi fuerint confirmati, ac in Fidei rudimentis ſufficienter inſtructi; nec excommunicati, aut criminoſi, maſculus, maſculos, & fœmina fœminas ſuſcipere debent, niſi ex neceſsitęte, & Noſtra, aut noſtri Vicarij diſpenſatione; nec niſi vnum, aut alterum ſuſcipiãt. *Concil. Megunt. c. 19.*

Frontes confirmatorum poſt vnctionem, diligenter per ſacerdotes bombice abſtergã- *Triden. ſeſſ. 24. c. 2.*

tur, quæ poſtea debet comburi, & cineres in ſacrario reponi; nec ab Eccleſia diſcedant ante benedictionem Epiſcopalem, & niſi illorũ nomina, vnà cum patrini ſuſcipientis, & Epiſcopi confirmantis, fuerint deſcripta in libro ad id deſtinato.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAP. XIX.

GRauiſſimum hoc pœnitentiæ Sacramẽtum adminiſtrandum, non niſi doctioribus, & prudentioribus Sacerdotibus committi debet. Quapropter præcipimus, vt nullus pręter curatos, ſiue ſæcularis, ſiue regularis ſacerdos ad huiuſmodi munus admittatur, niſi (præuio examine, & approbatione) à nobis, vel à noſtro Vicario Generali facultatem in ſcriptis obtinuerit. Omnes vtriuſque ſexus fideles, cũ ad annos diſcretionis peruenerint, tenentur ſingulis annis peccata ſua proprio Parocho, vel Sacerdoti approbato confiteri, & pariter ſacram Euchariſtiam ſuſcipere,

quando de illa fuerint ſufficienter inſtructi. Quod ſi facere neglexerint, Parochi illorum nomina ad Nos deferāt, vt de opportuno remedio prouidere poſsimus.

Et quia confeſſarij munus, pro Dei honore & animarum ſalute erit exercendū: Omnes confeſſarios in Domino exhortamur, vt relictis terrenis commodis, ad cœleſtiā ſolumodo aſpirent, nihil pœnitentibus ſub prætextu confeſsionis exigendo; neque illis pecuniarias pœnitentias imponendo, ſibi, vel ſuis eccleſijs applicandas; ſed ſi illas ad animarum ſalutem, iniungendas iudicauerint, eorum arbitrio, in pios vſus relinquant applicandas.

Sacras confeſsiones à præſentibus, & non ab abſentibus excipere debent confeſſarij; ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda à Clemente Octauo fœlicis recordationis impoſita, contra eos, qui id licère, etiam diſputatiuè ſenſerint, aut diſcurrerint, vel ad praxim reuocare auſi fuerint. *Clem. 8. in decret. S. Inquiſit. 19. Iulij 1602.*

Inhærentes Decreto Sacræ viſitationis Apoſtolicæ, monemus omnes confeſſarios, vt in confeſsionarijs, tabulam mediam, cum crati-

bus

bus ligneis, aut præforatis laminis, quæ mutuũ aſpectum prohibeant, & auditum non impediant, habentibus, ſacramentales confeſsiones excipiant, indutis etiam ſuperpelliceo, & ſtola, ac capite birreto cooperto. Regulares verò cum ſtola, & ſuæ Religionis habitu; nec illas in angulis Eccleſiæ, ſed publicè; & in conſpectu omnium audiant.

Pius 5. in conſtitut. incip. Supra Gregem in vet. Bull. 32.

Mulierum ægrotantium confeſsiones audiantur aperto oſtio cubili, in quo decumbũt, vt ab omnibus conſpici poſsint; & medici vbi fuerint, ante quam infirmorum curam ſuſcipiant, eoſdem moneant, vt quam primũ peccata ſua confeſſori idoneo confiteantur, quã etiam diligentiam facere tenentur omnes, quibus aliqua infirmorum cura, fuerit demandata.

Confeſſarij non ſe habeant cum pœnitentibus impatienter, ſcrupulosè, & impertinenter, neque eos deterreant imprudenter, ſed amabili, & deuoto ſermone eos confortent, vt integrè, & cum maximo cordis dolore, ſuorum peccatorum confeſsionem faciant. In illis verò interrogandis, præcipuè ſi ſint rudes,

des, pueri aut puellæ cautè, & prudenter procedant, ne illos inſtruant in eo, quod ignorāt.

Neque in audiendis peccatis, ob illorum grauitatem, aliqua admirationis ſigna oſtendant, ſed ſuo loco, & tempore, completa confeſsione, fortiter, & ſuauiter eos arguant, & ad pœnitentiam, & peccatorum veram contritionem efficaciter inducant. Et talis illis imponant pœnitentias, quæ à vitijs, & non à cōfeſsione deterreant. Caueant confeſſarij, ne abſoluant à caſibus à quibus nequeunt pœnitentes abſoluere: ac propterea illis præcipimus, vt non ſolum Bullam Cœnæ Domini, verum etiam caſuum Nobis reſeruatorū notam, ad manus ſemper habeant, & in confeſſionario affixam.

Caſus reſeruati ſunt.

1 Blasphemia in Deum, & Beatam Virginē, & Sanctos.

2 Adoratio Dæmonum, & eorum expreſſa inuocatio. Maleficium, & quælibet ſuperſtitio, quæ fit cum abuſu Sacramentorum, vel ſacramentalium

3 Ho-

3 Homicidium voluntarium, & membrórum mutilatio, non ſolùm quo ad comitẽtes, ſed etiam quo ad conſilium dãtes, mandantes, vel auxilium, ſeu fauorem præſtantes, effectu ſecuto.

4 Inceſtus in primo, & ſecundo gradu cõſanguinitatis, & in primo affinitatis. Copula carnalis cum cognata ſpirituali. Quæcumque copula carnalis, etiam tãtum attentata cum filia ſpirituali, vel cũ Parochiana. Raptus, & ſtuprum virginum, etiam cum promiſsione matrimonij.

5 Iuramentum falſum cum damno tertij.

6 Non ſolutio decimarum, aut primitiarũ.

7 Incendium domorum, & prædiorum, ac deuaſtatio ſegetum, data opera, & ex propoſito, quoad committentes, & conſilium dantes.

8 Abortus, aut ſterilitas procurata.

9 Piorum legatorum ex negligentia, intrà annum non adimpletio, & teſtamentorum, intra octo dies, numerandis à die teſtatoris obitus, non publicatio, & non denuntiatio.

10 Con-

10 Confectio, veneni, cauſa necandi homines, & illius non reuelatio.

11 Machinatio coniugum in mortem alterius coniugis, etiam ſi mors non fuerit ſecura.

12 Percutio etiam leuis patris, & matris.

Qui verò auſu temerariò, & ſcienter, tàm ſęcularis, quàm regularis, prætextu cuiuſcumque priuilegij à caſibus Sedi Apoſtolicæ, vel nobis reſeruatis (extra mortis articulum) ſine eiuſdem Sedis, aut noſtra facultate reſpectiuè, aliquem abſoluerit in excommunicationis ſententiam Pōtifici reſeruatam incurret, ac omnibus officijs, ipſo iure erit priuatus, atq; ad alia in poſterū obtinenda inhabilis exiſtet. *Decr. S. Cōgreg. Epiſc. & Regul. ſub Clem. 8. nona. Ian. 1601. & 27. Nouem. 1602. & ſub Paul. V. 1617. Barboſa de poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. t. 50. num. 106.*

Attamen, vt ſpiritualibus animarum neceſſitatibus prouidè occurratur, tres Canonicos antiquiores, & omnes illos etiam Canonicos, qui fuerint Doctores, Pœnitentiarios in hac noſtra Cathedrali conſtituimus, quibus facultatem abſoluendi à caſibus Nobis reſeruatis, concedimus.

Forma abſolutionis

Poſt quam pœnitens ſuam ſacramentalem

confeſsionem compleuerit, & confeſſarius pœnitentiam impoſuerit. Dicat: *Miſereatur tui omnipotẽs Deus, &c. Indulgentiã abſolutionem, &c. Dñs noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius mihi conceſſa, abſoluo te in primis à vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis (* ſi fuerit Sacerdos*) & interdicti, in quantum poſſum, & ſic indiges. Itẽ eadem authoritate abſoluo te à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.*

Poſtea addat: *Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſsionem omnium peccatorum, in augmentũ gratiæ, & præmium vitæ æternæ Amen. Vade in pace, & noli ampliùs peccare.*

Sed in articulo mortis hac breui vtatur abſolutione: *Ego te abſoluo ab omnibus cenſuris, & peccatis, in nomine Patris. & Filij, & Spiritus Sancti Amen.*

For-

Forma abſoluendi publicè excommnnicatum.

PRæmiſſa ſatisfactione, vel cautione cum iuramento de ſatisfaciendo, excommunicatus ad fores Eccleſię genuflexus exiſtens. Dicat Sacerdos, cui commiſſa fuerit facultas abſoluendi. *Miſerere mei Deus, &c.* percutiẽdo illum virga in quolibet verſu ſuper humerum excommunicati denudatum, deinde addat, finito toto pſalmo:

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius, & Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ (ſi excommunicatio fuerit papalis) *vel Reuerendiſsimi Epiſcopi* (ſi fuerit epiſcopalis) *mihi commiſſa, abſoluo te à vinculo excommunicationis in quam incurriſti propter tale factum, vel cauſam,* (& hic exprimatur cauſa) *& reſtituo te communioni, & vnitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ in nomine Patris, &c.*

Et hac eadem forma vtatur in abſolutionibus ſecretis, incipiendo ab illis verbis: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus.* Relictis Pſalmo *Miſerere,* & percuſsione virgæ, exprimendo ta-

men cauſam, vel factum excommunicationis.

Forma diſpenſationis ſuper irregularitate.

POſt quam confeſſarius, ſeu Sacerdos cui commiſſa fuerit facultas diſpenſandi abſoluerit à peccatis addat: *Et eadem anthoritate Sanctiſsimi, vel Reuerendiſsimi Epiſcopi in hac parte mihi commiſſa, diſpenſo tecum ſuper irregularitate, vel irregularitatibus* (ſi plures ſint) *in quam* (vel) *in quas ob tales cauſas* (eas exprimendo) *incurriſti, & habilem reddo te executioni ordinum, & officiorum tuorum in nomine Patris, &c.* Si non fuerit ordinatus dicat: *Et habilem te reddo ad omnes ordines ſuſcipiendos.* [vel] *ad alia iuxta tenorem mandati.*

In caſu verò reſtitutionis tituli, vel fructuũ malè perceptorum ſubiungat: *Et reſtituo tibi titulum beneficij, ſeu beneficiorum* (ſi ſint plures) *condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris, &c.*

Concil. Mogunt. de pœnitentijs & remiſsion. Admonemus prætereà omnes cõfeſſarios, quòd de iure diuino, naturali, & eccleſiaſtico tenentur ad obſeruandum ſigillum eorum

om-

omnium, etiam deffectuum naturalium, quæ in confeſſione audierunt; adeò vt etiã ſi agatur de vniuerſa ſalute totius Reipublicæ, niſi accedente conſenſu, & facultate pœnitentis; non poſsit confeſſarius ea reuelare, ſub pœnis grauiſsimis in ſacris Canonibus appoſitis, & præcipuè priuationis, ac recluſionis in perpetuum.

Memores ſint tandem confeſſarij pœnarum à Gregorio XV. contra confeſſarios impoſitarum: ac contra eos omnes confeſſarios, qui mulieres pœnitentes ad actus inhoneſtos dum earum audiunt confeſsiones, alliciunt, prouocant, ſeu alliciendo, & prouocando tẽtant, & procurant; ſuper quibus Sanctitas ſua facultatem concedit Inquiſitoribus, & Ordinarijs locorum procedendi contra quoſcumque, etiam regulares, cuiuſcumque ſtatus, cõditionis, & præheminentiæ, vſque ad degradtionem, & punitionem iudicis ſæcularis arbitrio, cui tradendum eſſe confeſſarium ſolicitantem decernit in ſua conſtitutione, quæ incipit. *Vniuerſi Dominici gregis.* Datũ Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem 3. Augusti

Greg. XV. in ſua conſtit. quæ incip. Vniuerſi Dominici gregis. *3. Aug. 1622.*

gulti

guſti 1622. Pontificatus 2.

Aut perſonas quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu ſacramentalis confeſsionis, ſiue antea, vel poſt immediatè, ſiue ocaſione, vel prætextu confeſsionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſsione non ſecuta, ſiue extra occaſionem confeſsionis in confeſsionario, aut in loco quocumque, vbi confeſsiones ſacramentales audiantur, ſeu ad cõfeſsionem audiendam electo, ſimulãtes ibidẽ confeſsiones audire, ſolicitare, vel procurare tentauerint, aut cũ eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint.

Ead. conſt. Greg. XV.

De Sanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento.

CAP. XX.

Triden. ſeſſ. 13. c. 1. & 2

HVic Sacratiſsimo Euchariſtiæ Sacramento, in quo Chriſtus Dominus, verus Deus, & homo, verè, & realiter, & ſubſtantialiter continetur, omnem honorẽ, &

227

& reuerentiam exhibere debemus. Quapropter mandamus, vt in noſtra Cathedrali, & in qualibet Parochiali Eccleſia, magna cum veneratione, ſub claui cuſtodiatur in Altari decenti, & intra tabernaculum, intus, & extra decenter, in quo nihil aliud, præter Pixidem argenteam, intus deauratam cum Sanctiſsimo reponatur: ac ſemper die, ac nocte, vnica ſaltem lampas ante ipſum ardeat, ſub pœnis riguroſiſsimis noſtro arbitrio infligẽdis. Et ſub eiſdem pœnis præcipimus, vt ſingulis hebdomadis, particulæ maxima cum diligentia renouentur.

Curabunt Parochi, vt quilibet in ſua Parochia exiſtens in Paſchatis ſolemnitate, præuia ſuorum peccatorum cõfeſsione, hoc ſaluberrimo Sacramento reficiatur, à cuius ſuſceptione arceantur, vſurarij, concubinarij, excõmunicati, interdicti, & notoriè crimino ſi. *C. omnis vtriuſq. ſex. de pœnit, & remiſsion. Triden. ſeſſ. 13. c. 9.*

Ad hoc vt dignoſcantur illi, qui huic præcepto ſtatuto tempore, non ſatisfaciant, curabit Parochus habere notam omnium ſubditorum ſibi animarum, deinde Parochus tempore debito, Paſchatis ſcilicet, dabit ſignum

aliquod

aliquod communicantibus, qui poſtea ſtatuto tempore, Parocho patenti tradent. Et contrauenientes huic præcepto eccleſiaſtico, debitis, & canonicis pœnis punientur. Declaramus autem illos, non ſatisfacere huiuſmodi præcepto, qui in aliena Parochia Sacram Communionem ſuſceperint.

Iniungimus Parochis, vt in docenda Chriſtiana Rudimenta, valde inuigilent pueros & puellas inſtruere de hoc diuiniſsimo Sacramento: videlicet de reali Corpus, & Sanguinis, animæque, & diuinitatis Domini noſtri Iesv Chriſti præſentia, de vberrimis fructibus, gratiæ, miſericordiæ, & reliquarum virtutũ, quibus, dignè illud ſummentibus fruuntur, de humilitate, reuerentia, ac animi candore, ac de cęteris requiſitis ad illud ſuſcipiendum: ac tandem de ſupplicijs in hoc mundo, & morte æterna in altera vita, indignè ad tantum Sacramentum accedentibus, deſtinatis, vt ſic inſtructi, & eruditi tempore debito, ad Sacram communionem poſsint admitti.

Ad augendam populi deuotionem, & ad illum à bachanalibus diabolicis feſtiuitatibus

arcen-

arcendum, confirmamus laudabilem conſuetudinem noſtræ Cathedralis, exponendi hoc prædulciſsimum, & ſuauiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, in illis diebus, præcipuè in Dominica Quinquageſima, & alijs duobus ſequẽtibus diebus. Et ordinamus, vt in qualibet Parochiali Eccleſia, ſaltem in dicta Dominica, decenter, & religioſè exponatur, & qui contrauenerit huic noſtræ piæ ordinationi, pœna trium ſcutorum mulctabitur.

Quando deniquè ad ægrotos Parochi illud deferunt, formam Ritualis Romani ad vnguem obſeruabunt, illud tamen non debẽt prætermittere; videlicet, quod cubile ægroti diligenter emundetur, & ſordes omnes ammoueantur, ac locus ornatus, & menſa parua cum aliqua ſacra immagine, & candelis accenſis præparetur, vt inde ſupra extenſis corporalibus, Sanctiſsimum Sacramentum decenter collocari poſsit.

Si ægrotus ſit in periculo vitę conſtitutus, Parochus cum prudentia admoneat de Extrema Vnctione poſtulanda, nec non de teſtamento, opportuno tempore conficiendo,

illiquè diligenter aſsiſtat, ne ex hac vita, ſine debitis ſuffragijs diſcedat.

In die Corporis Chriſti, in qua Proceſsio generalis, & ſolemnis eſt facienda, tenentur tam regulares, quam ſæculares ſacerdotes ad illam accedere: ſæculares cum ſuperpelliceo, ſeu cotta, & regulares cum ſuo habitu regulari; omnes deuotè, ac concinnè pſallant. Laici verò deuotè aſsiſtant, & orent ſine riſu, iocis, ac alijs vanis colloquijs omnes in ſuo diſtrictu, vias per quas Sanctiſsimum tranſire debet, emundent, ac floribus, & virentibus folijs ipſæ viæ ſternantur, & decenti aparatu exornentur.

Cæremon. Epiſc. lib. 1. c. 33.

Deinceps in hac Ciuitate Boſanen̄ nō fiāt ſupplicationes, ſeu proceſsiones, ſine noſtra aut noſtri Vicarij Generalis licentia, nec ad illas accedat clerus noſter, nec minus Crux Cathedralis, niſi ad eas acceſſerit Magiſtratus, qui (ſi in eiſdē ſacra Immago deferatur) baldachini haſtas portare tenebitur.

De

229

De Miſſarum celebratione.

C A P. XXI.

Illud in primis in Domino obſecramus, vt Sacerdotes, qui ad tam altum miniſterium ſunt vocati, pietatè, ac religionè, nec non cæteris bonis moribus, & virtutibus ſint compoſiti, & ornati, memores ſui ſtatus, & gradus. Et quod ſicut alijs in dignitate præcedunt ita in via Domini virtutum omnium radijs coruſcantes, cæteris præcedere tenentur.

In celebratione miſſarum diligenter attẽdant ad omnia quæ ſunt neceſſaria præuidẽda, & præcipuè ea, quæ ſunt legenda præuideant, vt expeditè, ac ſine hęſitatione legant, vt deuotionem, & non irriſionem populo adſtanti pareant.

Non vtantur hoſtiis, niſi ex puriori tritico cõlectis, nec læſis, aut vetuſtis; vinum ſit albũ, purum, & optimum, nec quomodolibet corruptum; ſacris veſtibus, ac calicis vtenſilibus, non vtantur niſi honeſtis, nec ſordidis, attritis, aut vetuſtate corroſis, & conſumptis.

Nemo præſumat celebrare in eccleſijs ruralibus, quæ portis, & clauibus non clauduntur, aut in eis in quibus non ſunt altaria decẽtia, & cum neceſſarijs requiſitis prouiſa, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda. Præcipiẽtes etiam Rectoribus, & Prębendatis, vt ne in eiſdẽ aliquem celebrare permittant, ſub eadem pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ.

De conſecr. diſt. 1. cap. 18. 39. 41. & 42.

Primam, ſeu nouam Miſſam Sacerdos celebraturus, illam non audeat celebrare ſine noſtra, aut noſtri Vicarij Generalis licentia, quæ nullo pacto concedetur, niſi priùs ſacris cæremonijs ſit inſtructus, & à nobis approbatus. Quando verò de noſtra licentia, vt prętmittitur, illam celebrauerit, conuiuia, choreę, ſoni, viles ludi, ſuperſtitiones, ac omnes occaſiones ad auaritiam prouocantes, penitus eliminentur.

Concil. Prouinc. Turritan.

Non permitant Parochi, ſeu eccleſiarum Rectores, Præsbyteros alienæ diœceſis, Miſſæ ſacrificium, ſine ſuorum Ordinariorũ litteris dimiſſorijs, in forma authentica, & proba.ti,

banti, & recenter firmatis celebrare, & hoc idem volumus, quod obſeruetur cum regularibus, niſi ſuorum ſuperiorum licentiam in forma etiam probanti, oſtenderint.

Præparet ſe Sacerdos in Sacriſtia (antequam veſtibus ſacerdotalibus ſe induat) ad tam altum myſterium celebrandum, intra ſe meditans, quomodo ſit illud tractaturus, qua animi puritate, humilitate, & reuerentia, & probet ſe ipſum priùs, ne ſibi iuditium manducet, & bibat, Corpus Chriſti indignè ſummendo. *Ad Corinth 1. cap. 2.*

Igitur ſacris veſtibus indutus, & Chriſti Domini perſonam repreſentãs, ab omni colloquio ſe abſtineat, neque per Sacriſtiã indecorè diſcurrat, ſed birreto capite cooperto, ac inceſſu graui, & compoſito, dimiſsis oculis, ad altare procedat. Tranſeundo verò ante Sanctiſsimum Sacramentum, ſi non ſit expoſitum, genuflectat capite cooperto, ſi verò ſit expoſitum, aut à Sacerdote celebrante eleuetur, detecto capite, illud reuerenter adoret, & tandẽ in Miſſæ celebratione, cæremonias omnes ad præſcriptum rubricarum Miſſalis

Romani, ad vnguem obſeruet. Nec permittat quod ſuper altare birretum, aut vaſa pro vino, & aqua à clerico ponantur.

Caueant mulieres ne nimium ad altare indecorè appropinquent: immò per præſentes ordinamus, vt viri ſemper proximiores ſint altari, quam mulieres, & diligentiſsimè curabit Parochus, vt hoc noſtrum decretum executioni demandetur, ſub pœna graui, noſtro arbitrio irremiſsibiliter infligenda. Et ſub eadem pœna præcipimus omnibus ſacerdotibus, vt in Altari in quo Nos celebrauerimus, eadẽ die nullus alius celebrare præſumat, ſine Noſtro beneplacito, & conſenſu.

In omnibus Miſsis pro viuis celebrandis à ſacerdotibus, tam cantãdis, quam priuatis obſeruentur hæc; videlicet ad primam orationem, ad ſecretam, & poſt communionem, ſẽper addant: *Et famulos tuos Summum Pontificem N. Regem noſtrum N. cum prole Regia, & Antiſtitem noſtrum N. ab omni aduerſitate cuſtodi.* Ex conceſsione Pij V. fœlicis recordationis: ad inſtantiam Dñi noſtri Philippi Secundi Regis Catholici prudentiſsimi.

Obligationibus miſſarum, Sacerdotes, non negligant ſatisfacere, & qui fuerint ad illarũ celebrationem adſtricti, debitum ſuum fideliter adimpleant; & ſi aliquæ miſſæ in vna hebdomada fuerint prætermiſſæ, in alijs ſuppleãtur, nec pro vno eodemque ſacrificio plures eleemoſinas accipiant. Curabit Sacriſta maior, vt ſacerdotes celebraturi, iuxta ſui ordinis prę rogatiuam, exeant; & ſi plures ſint miſſæ celebrandę, prima ſummo mane, poſtrema verò poſt Conuentualem celebrentur.

Præcipimus omnibus clericis huius Ciuitatis Boſanenſis, ſub pœna trium regalium, & alijs corporalibus noſtro arbitrio infligendis, vt nobis celebrantibus, vel alios Pontificales actus ſolemniter exercentibus, cum ſuperpelliceis, & habitu decenti ſemper aſsiſtãt. Noſq; Cappa indutos, cum Canonicis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, ex aula noſtri Palatij Epiſcopalis, ad Eccleſiam progredientes, comitentur, & aſſocientur; & diebus ſtatutis, iuxta laudabilem eiuſdem noſtræ Eccleſiæ Cathedralis conſuetudinem, Choro, reuerenter, & deuotè aſsiſtere teneantur.

Triden. ſeſſ. 24. c. 12. §. & Epiſcop.

Cæremon. Epiſcop. lib. 1. c. 15.

Atten-

Attendant omnes miniſtri, Sacerdoti celebranti, aſsiſtentes, vt miniſterium ſuum, ante conſpectum Domini, modeſtè, & humiliter impleant, populo aſsiſtenti, bonum exemplũ, & ædificationem præbeant: ac propterea ab omni riſu, collocutiõe in ſuis miniſterijs exercendis, omnino abſtineant, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis.

Concil. Prouinc. Turritaneſi. ex decret. Sac. Conc. Trid. In Dominicis, & feſtis duplicibus, non celebrentur Miſſæ Votiuæ, aut pro defunctis (niſi corpus fuerit præſens) iuxta recens decretum Sacræ Congregationis Concilij Trident. & aliud Prouincialis Turritani Cõcilij.

De Extrema Vnctione.

C A P. XXII.

Triden. ſeſſ. 14. c. 3. CVrent diligenter Parochi, vt hoc Sacramentum, medio quo reliquiæ peccatorum expurgantur, & ex eo infirmorum animæ iucundiſsimum leuamen percipiunt, omni pietatis ſtudio, in extremis laborantibus, iuxta ea, quæ in Rituali Romano diſponuntur.

tur, deuotè, & religiosè applicetur, nec omnibus ægrotis erit hoc Sacramentum exhibendum, ſed illis ſolummodo, qui verè in articulo mortis ſunt conſtituti, & quod integro ſenſu (quantum fieri poteſt) polleant. Pueris autem qui Sacramenti pœnitentiæ ſunt capaces, dũ ſunt in tranſitu, non eſt denegandum hoc ſacramentum, quod dicitur complectiuum ſacramenti pœnitentiæ.

Modus autem quo Parochus debet obſeruare in huius Sacramenti adminiſtratione erit: videlicet; Ipſe ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, præcedente clerico cum cotta, cruce ſine haſta, & aqua benedicta, aſperſorio, lumine, ac Rituali Romano incedat, & cũ ad ægroti domũ peruenerit, præparatis omnibus, quæ ſunt neceſſaria ad vnguem, ipſum ęgrotum, verbis deuotis, & religioſis conſoletur, à terrenis auertat, & ad cæleſtia dirigat. Inducendo sẽper illum ad ſuorum peccatorũ contritionem, ad eorumdem ſpem remiſsionis, & ad ſuam voluntatem, diuinæ voluntati, ſubjiciendam. *Rituale Roman.*

Quibus expletis, ęgrotum, & lectum aqua

benedicta aſpergat, & circumſtantes omnes ad preces pro eo ad Deum effundendas, benignè adhortetur: & deinde hoc Sacramentum adminiſtret; obſeruatis ad vnguem omnibus cæremonijs, quæ in Rituali Romano, pro eodem Sacramento miniſtrando, continentur.

Aduertat Parochus, quod ſi fuerit mortuus, illũ nõ vngat. In dubio tamen hanc cõditionem formæ debet anteponere; videlicet *Si eſt viuus: Per iſtam ſanctam vnctionem, &c.* Et ſi inter vngendum ex hac vita diſcedere contingat, ſubitò ab vnctione deſiſtat.

Syluest in verb. vnct. n. 5. in fine. Armil. ver. vnctio. nu. 7.

Finita vnctione, manus lauet, non ſolùm aqua, ſed mica panis, pro ablutione huiuſmodi præparata: Stupa verò, quæ ad abſtergendum tùm partes corporis infirmi, tùm Sacerdotis manus inſeruiuit, in Eccleſia, & non in domo ægrotantis comburatur, cuius cineres in Sacrario, ſeu in piſcina recondantur.

In exequendo tamen hoc munere, Parochi omnem adhibeant diligentiam; adeò, vt quacumque hora vocati ad huiuſmodi Sacramentum miniſtrãdum, nulla interpoſita mora, celeriter accedant. Et ſi aliquem ex hac vi-

ta

tâ ſine huius Sacramenti benefitio diſcedere contingat, ob Parochi negligentiam, pœnas à ſacris Canonibus impoſitas & alias noſtro arbitrio infligendas, ſe nouerit inuerſurum.

De Sacramento Ordinis.

CAP. XXIII.

AD Minores Ordines promouendi, ſtatuit Sacro Sancta Tridentina *Synodus, vt bonum à Parocho, & à Magiſtro ſcholæ in qua educantur teſtimonium habeant Hi verò, qui ad ſingulos maiores ordines erunt aſſummendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri cui magis expedire videbitur cōmittat, vt nominibus, ac deſiderio eorum, qui volent promoueri publicè in Eccleſiâ, propoſitis de ipſorum ordinandorum, natalibus, ætate, moribus & vita a fidedignis diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionē factā continentes, ad ipſum Epiſcopum, quam primū tranſmittat.* *Tridēn. ſeſſ. 23. cap. 5.*

Inſuper ſtatuit: *Vt nullus prima Tonſura*
Seſſ. sit. c. 6. *initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimum quartum annum beneficium poſsit obtinere. Hic etiam fori priuilegio non gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mãdato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. In clericis verò coniugatis ſeruetur conſt. Bonifacij IX. quæ incipit:* Clerici qui cum vnicis. *Modo hij clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio, ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura vtãtur, nemini quo ad hoc priuilegio, vel conſuetudine etiam immemorabili ſuffragante.*

Pręterea Cap. XI. decernit, *vt minores ordines ijs, qui ſaltem Latinam linguam intelligant per temporum interſtitia, niſi aliuè Epiſcopo expedire magis videretur conferantur.* Et
Ibi c. 11. Cap. XIII. etiam ſtatuit: *Vt Subdiaconi, &*
& 13. *Diaconi ordinentur habentes bonum teſtimo-*

nium, & in minoribus ordinibus, iam probati, ac litteris, ac ijs, quæ ad ordinem exercendum pertinent inſtructi, & omnes tam in minoribus, quam in maioribus ordinibus conſtituti eccleſijs, quibus adſcribentur inſeruiãt. Hæc Sacro Sancta Synodus Tridentina, quæ ad litterã hìc data opera inſeruimus, vt eorum obſeruãtiam vnuſquiſque reſpectiuè procuret: & nos quoque omnem noſtram ſolicitudinem adhibebimus, vt ea omnia, & alia illis conformia, quæ infra notabimus, exactiſsimè obſeruẽtur.

Ac propterea ordinamus, vt nullus ordinandorum preces, aut interceſsiones pro ſua ordinatione apud Nos, ſeu examinatores interponat, ſub pœna, quod per annum non ſuſcipiet ordines.

Omnibus etiam ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit interdicimus, ne fides, ac teſtimonia pro ordinandis exhibeant, niſi indubitatè, & certiſsimè ſciant ipſos tales eſſe, quales teſtantur, ſub pœna falſariorum, & alijs pro noſtro arbitrio infligendis.

Et quamuis, quando hæc ſcribimus, non dum ſit elapſus annus noſtræ conſecrationis, *Synod. Turritan.*

&

& noſtri Epiſcopatus poſleſsionis; nihilominus experimẽto probauimus, aliquos ad Subdiaconatus Ordinem prommoueri cupiẽtes, in exhibendo, conficiendo, & ſtatuendo Patrimonio, Nos decipere temerè fuerunt auſi; vt huic malo, ac omnibus fraudibus in huiuſmodi Patrimonijs conficiendis, quantum in Domino poſſumus prouide occurramus; ſtatuimus, vt in poſterum ſic ementientes, tàm recipientes, quam dantes, ac Notarij, qui emẽtitum patrimonium ſcripſerint, pœnis in cõſt. Vrbani Octaui contentis, & excommunicationi maiori latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ ſubiaceant; ac omnia bona falſo conſcripta, amittant, vt locis pijs noſtro arbitrio irremiſsibiliter applicentur.

Vrban. 8. die 11. Decemb. 1626

Inſuper in conficiendo Patrimonio debẽt examinari teſtes formaliter, qui de ipſo patrimonio; videlicet de fundo, penſione, beneficio, ac de alijs huiuſmodi bonis immobilibus, quæ in titulum patrimonij aſsignantur, verè, & realiter teſtificentur, & quod præcipuè ab ipſis ordinandis, verè iure dominij, ac bono titulo, ſine contradictione poſsideantur, &

eorum

eorum nomine, poſſeſsiones, terræ, vineę, & alia huiuſmodi colãtur, fructuſque ab eiſdem percipiantur, ſuper quibus omnibus, præfati teſtes formaliter examinati, concludentem ſcientiæ cauſam, & rationem afferre teneantur, alioquin, ſi in aliquo de ſupra dictis in patrimonio conficiendo, Notarij defecerint, nullo modo ordinabuntur, nec patrimoniũ accetabitur.

Patrimonium verò, beneficium, ſeu penſio ad cuius titulum erit ordinaudus, ſummam annui reditus octoginta librarum ſaltim attingere debet, & huiuſmodi reditus, ſeu patrimonium, non in bonis mobilibus, quæ vſu cõſumuntur, ſed in immobilibus, & radicibus debent fundari, nec poſſunt illud reſignare, extinguere, aut alienare, niſi promotis aliunde ſuppetat victus, & de noſtra licentia in ſcriptis obtenta. *Triden. ſeſſ. 22. de reſormat. c. 2.*

Non promouebuntur ad clericalem Tonſuram, niſi fuerint confirmati, & Fidei Rudimenta, atque legendi, & ſcribendi habeant peritiam, nec illi qui fuerint aliquo impedimẽto irretiti poſſunt promoueri. Vt non baptizati,

zati,mulieres,ſerui, publici negotiatores, irregulares, infames, criminoſi, bigami, eunuchi, corpore vitiati, aut notabiliter deformati. Nothi, vxorati, Neophiti, Amentes, furioſi, energumeni, ac denique morbo comitiali laborantes, vt clamant ſacri Canones, & Doctores.

Non erunt promouendi exteri,ſeu alienæ iuriſdictionis,tàm ſæculares, quàm regulares, niſi obtentis litteris dimiſſorialibus, à ſuis Ordinarijs,recenter,authentico teſtimonio, roboratis.

De Sacramento Matrimonij.

CAP. XXIV.

Triden.ſeſſ. 24.c.1.de reformat.

VT Sacro Sancti Trident Concil. ſeruetur Decretum de Matrimonio editum ſeſſ. 24.cap. 1.de reformat. Præcipimus omnibus Parochis, vt quibuſcumque tribus menſibus, Lingua, & Idiomate Sardo, inter miſſarum ſolemnia, alta, & intelligibili voce legant totum Decretum ipſius Concilij,

quod

quod incipit: *Tametſi dubitandum non eſt*; ad hoc vt ſcandalis,quæ in celebratione huius Sacramenti oriri poſſunt, facile occurratur; Transgreſſores verò pœnæ vnius ſcuti qualibet vice irremiſsibiliter ſubjicimus.

2 Decretum autem Concilij eſt tenoris ſequentis, de Latino in noſtrum Idioma conuerſum:

Ancoras qui non ſi hat de dubitare, qui ſos Matrimonios clãdeſtinos, & ocultos fatos cũ ſu conſentimentu de ſos contrahentes ſian verdaderos,& validos, cando ſa Eccleſia non los fetiſit inualidos, & uullos: & pro cuſſu de dretu ſi den condennare cuddos,ſegundu cũ ſa anathema condennat ſa ſanta Synodo, & Conciliu, à ſos qui negan eſſer verdaderos,& validos, & ſos qui falſamente affirman, qui ſos matrimonios fatos, & celebrados peri ſos figios de familias ſenſa ſu conſentimentu de ſos babbos,ſun nullos,& de nexunu valore, & qui ſos babbos los potan faguer validos, & verdaderos, ò irritos, & nullos: Cun totu cuſſu ſa Santa Eccleſia de Deus pro juſtiſsimas cauſas, los hat ſempre deteſtados, & aburridos,& los

Triden.ſeſſ. ſup.cit.c.1. de reform. quod incip. Tametſi dubitandum non eſt.

hat prohibidos: pero comente ſu ſantu Conciliu apat conſideradu, qui cuddas prohibiſsiones pro ſa deſobedienſia de ſos homines ja nõ ſun de profettu, & qui de ſos ditos matrimonios clandeſtinos ſi originã meda, & multos graues peccados; eſpeſsialmente de cuddos qui viuen en malu iſtadu; laſſende ſa mugiere cun quie ſi cojueſin clandeſtinamente, & occultamente, & leande attera publicamente cun quie perpetuamente viuen in adulteriu: Et comente ſa Eccleſia, qui non iudicat de ſas coſas occultas, & ſecretas nõ podet remediarelu, ſi ja pongiẽde vnu remediu efficace, pro cuſſu imitende à ſu ſagradu Conciliu Lateranenſe, celebradu per Innocenciu Terzu, ordinat, & cumandat, qui innantis de celebrareſi ſu matrimoniu, tres voltas ſi hat de denunciare dae ſu Curadu, de ſos cõtrahẽtes in tres dies de feſta in ſa Eccleſia publicamẽte mentras ſi celebrat ſa Miſſa Conuentuale, & qui accudat meda pobulu, nomenẽde à ſos contrahentes in dogni vna de ſas denunſiaſsiones: ſas cales fattas, ſi non ſi opponet nexunu impedimentu, ſi hat de proceder à ſa

cele-

 237
celebraſsione de ſu matrimoniu in facie Eccleſiæ. In hue ſu Rectore, ò curadu, dae puſtis de auer pregontadu à s'homine, & à ſa femina, & iſquidu ſa voluntade ipſoro, & conſentimentu, neret: *Ego vos coniungo in Matrimonium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, & cando probabilmente ſi ſuſpeteret, qui ſi poteret maliſsioſamente impedire ſu matrimoniu pro ſaguer ſas tres dittas denunſiaſsiones: à s'hora ſi concedit, qui precedat ſolamente vna denunſiaſsione, ò veramente ſi celebret ſu matrimoniu in preſenſia de ſu Parochu, & 2 ò 3. teſtimongios dae puſtis de cudda celebraſsione, & innantis de cõſumarelu, ſi fattan in ſa Eccleſia ſas tres denũſiaſsiones in ſa forma ſubra narada, pro qui de cuſſa manera ſi diſcobergian facilmente ſu impedimentu, ò impedimentos, qui bi poteret hauer. Si jà ſu Preladu iudicaret laſſarelas à ſa prudenſia, & iudiſsiu de ſu cale ſi remittit ſu Sagradu Conſiliu.

Et ſos qui de attera manera, ſenſa ſa preſẽſia à iſquire eſt de ſu Curadu, ò atteru Sacerdote qui tengiat ſu podere ſuo, & liſſenſia de

ſu mateſsi Curadu, ò de ſu Preladu, & ſenſa ſa preſenſia de duos, ò tres teſtimongios ſi attriueren à contraher, & celebrare ſu matrimoniu; ſu Sagradu Conciliu los declarat de ſu tottu pro inhabiles à contraherlu, & ſu contractu factu lu dat pro inualidu, nullu, & de nexunu valore, ſegundu lu annullat, & lu faguet inualidu cun ſu preſente Decretu.

Et pius ordinat, qui ſu Rectore, ò Curadu, ò atteru cale ſi quergiat Sacerdote, qui cun pagu numeru de teſtimongios ſubranarados, & ſos teſtimongios qui ſenſa ſu Curadu, ò Sacerdote interuengieren à ſu matrimoniu, & à ſu contractu, & tambene ſos matiſsi contrahentes ſian ſubjetos à graues penas à albitriu de ſu Ordinariu.

Et pius ſu mateſsi Sagradu Conciliu exortat à ſos çojuados, qui innantis de ſa benediſsione ſacerdotale, qui ſi hat à faguer, & leare in ſa Eccleſia, non cohabiten in vna mateſsi domo; & cumandat qui ſa benediſsione la appat à faguer ſu mateſsi Curadu, & qui ſa liſſenſia pro faguerla atteru Sacerdote, non la potat concedere ſinon ſu mateſsi Curadu, ò

ſu

 238

ſu Ordinariu; non obſtante cale ſi quergiat coſtumē, (qui ſi det chamare pius preſtu corruptela) ò priuilegiu in contrariu, & ſi cale ſi quergiat atteru Curadu, ò Sacerdote, ſiat regulare, ò ſeculare, qui pretendat poderlu faguer pro priuilegiu, ò pro coſtumen immemorabile ſi attriueret à celebrare matrimoniu, ò à beneyguer ſos Iſpoſos de attera Parroquia ſenſa liſſenſia de ſu Curadu, ipſo facto, & per Dretu Canonicu ſiat ſuſpendidu, fini à qui ſu Ordinariu de ſu Curadu, qui deuiat interuenner, & aſsiſtire à ſu matrimoniu, ò à ſa benediſsione de ſos iſpoſados lu abſoluat.

Tengiat ſu Curadu vnu liberu in hue deuet de iſcrier, & nottare ſos nomenes de ſos coiuados, & de ſos teſtimongios, & ſu die, & logu in hue ſi fetiſit ſu matrimoniu, conſeruēde cun diligenſia ſu ditu liberu.

Finalmente exortat ſu Sagradu Conciliu à ſos iſpoſados, qui innantis de celebrare ſu matrimoniu, ò pro ſu mancus tres dies innātis de conſumarelu, ſi cūfeſſen, & cominiguē diligentemente, & cun meda pietade, & deuotione, & ſi à pius de ſu naradu haueret in

algu-

algunas Prouincias atteros coſtumenes, ò ceremonias bonas, & religioſas in ſa celebraſsione de ſos matrimonios, queret, & deſigiat ſu Sagradu Conciliu qui ſi obſeruen.

Et pro qui cuſtos ſantos, & saludabiles preceptos ſian à tottu notorios, cumandat ſu Sagradu Conciliu à ſos Ordinarios, qui cantu innantis los cumanden publicare, & iſplicare-lu à ſu pobulu in tottu ſas Eccleſias Parroquiales de ſa diœceſis medas voltas, & tantas, cātas voltas iudicaret eſſer neceſſariu.

Trid. ſeſſ. 24. c. 9. Quæ omnia ad vnguem præcipimus obſeruari ab omnibus; & Parochis præcipuè iniungimus, vt ſeduló admoneant fideles ad illorum obſeruantiā, & quod omnino abſtineant à quacumque coactione, & violentia directa, vel indirecta, in celebrandis matrimonialibus contractibus, ſed ſpontanea, & libera voluntate celebretur, ſub pœna anathematis ipſo facto incurrenda à Concilio impoſita.

Inſuper ad euitanda ſcandala, & alia mala, quæ poſſunt oriri, præcipimus ſub pœna ſcutorum decem, quod ſponſi nullo modo frequentioribus viſitationibus ad ſpōſarum, nec

ſponſæ

ſponſæ ad ſponſorum domos accedant ante celebrationem matrimonij in faciem Eccleſiæ, ſed ab huiuſmodi viſitationibus prorſus abſtineant. Et vt hoc noſtrum decretum melius obſeruetur, præcipimus parochis, vt in caſu illius tranſgreſsionis, nullo modo ad denũciationes, nec ad matrimonij celebrationem procedant; ſed de omnibus certiores nos reddant, vt de opportuno remedio prouidere valeamus. Si verò ante celebrationem in faciem Eccleſiæ, ſe carnaliter cognouerint, volumus, vt in pœnam pecuniariam ſupra impoſitam ſtatim incurrant, & quod huiuſmodi peccati abſolutio ſit nobis reſeruata.

Maxima Parochi incumbentia erit, matrimonij impedimenta, tam impedientia, quàm derimentia, ac etiam gradus conſanguinitatis, & affinitatis, nec non cognationis ſpiritualis, quæ ex Baptiſmi, & Confirmationis Sacramentis contrahitur, perfectè ſcire. Aduertat etiam parochus, an contrahentes habeant aliquod votum de caſtitate ſeruanda, quod quãuis ſit ſimplex, matrimonium contrahendum impedit. Et inſuper ſciat, an ipſi cantrahentes *Tride. ſeſſ. 24. c. 1. 2. 3 4. & 5.*

ſint

ſint in debita ætate conſtituti (nam vir quatuordecim, mulier verò duodecim annos expletos habere debent) & in Fidei Rudimentis ſufficienter inſtructi: alioquin à celebratione matrimonij omnino abſtineant.

Non niſi in Eccleſia matrimonium erit celebrandum non ante diem, ſed orto iam Sole. Aduertat tamen parochus in coniungẽdis ſponſis, vt per verba explicita exigat eorũ cõſenſũ; quod ſi explicitè per verba affirmatiua, conſenſum non preſtent à celebratione matrimonij omnino abſtineant, donec ſuper hoc à Nobis conſultis reſponſum accipiant: nec in ipſius celebratione permittat riſus, ludos, nuges, & alia huiuſmodi, ſed omnia quæ ad legitimam matrimonij celebrationẽ pertinẽt, religioſè, ac modeſtè fiant.

C. ſi quis Dominis.

C. Noſtrates. 30. q. 5.

A nuptiarum ſolemnitatibus, ſcilicet benedictione, conuiuij, & ſponſæ ad domum ſpõſi traductione, ab Aduentu Domini, vſque ad Epiphaniam, & à die Cinerum, vſq; ad Octauam Paſchatis omnino abſtineant. Et in benedictionibus faciendis, aduertat parochus, quod primas contrahens nuptias benedicetur,

Ritual. Roman. de Sacrament. Matrim.

tur, ſecundas verò, contrahens, carebit benedictione.

Tandem præcipimus, ſub excommunicatione, & alijs pœnis à ſacris Canonibus, & Cõcilij Trident. decretis impoſitis. Vt nullus cõiugatus apud ſe, vel apud alium, ſcortum habere audeat; ſed in aliorum exemplum, vitam cũ ſua legitima ſponſa honeſtè traducat, vt filios procreandos piè religioſè, & honeſtè educat.

De Eccleſijs, & earum cultu, & reuerentia, ac de rebus ad eaſdẽ eccleſias pertinentibus.

C A P. XXV.

STatuimus, vt deinceps nullæ Eccleſię, Oratoria, capellæ, aut Monaſteria de nouo conſtruantur ſine noſtra licẽtia in ſcriptis obtenta; nec in illis iam conſtructis, nihil deſtrui, innouari, aut auferri nemo audeat, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis. Illæ verò, quæ vetuſtate collabuntur, intrà ſex meſes re-

C. Nemo. C. Hic ergo. de conſecr. diſt. 1. C. Quicumq. 16. q. 1. Clem. VIII in Bull. quæ incipit:

reparentur, ab illis, ad quos ſpectat, alias contra præfatos, procedemus iuxta formam Sac. Concil. Trid.

Præcipimus omnibus Parochis, vt quam citius procurent ſuas Eccleſias, & illarum parietes emundare, & dealbare, ab araneis telis expurgari, & in ruralibus non permittant ſub quouis prætextu, frumenta, ligna, aut alia huiuſmodi conſeruari. Indecens valdè profectò eſt, vt in Dei Domo, in qua Sacroſancta Myſteria perficiuntur, huiuſmodi profana à fidelibus admitti.

Et quia hominum inconſideratio, & malitia adeò, proh dolor, creuit, vt vbi peccatorum venia eſt impetranda, ibi diuinæ vltionis iuſtitia irritatur; Ideò præcipimus ſub pœnis grauiſsimis, noſtro arbitrio infligendis, vt in Eccleſia, quando præcipuè diuina perſoluuntur, & diuinum Verbum populo nunciatur, abſtineant fideles, à deambulationibus, colloquijs, circulis, nugis, negotiationibus, & alijs ſimilibus; ac ſub eiſdem pœnis mandamus ne ſimilia fiant ante fores Eccleſiæ, ſeu in ipſius limine, iuxta reſcriptum fœlicis recorda-

tionis

Quoniam ad inſtitutionem. 24 *Iulij* 1603.

Greg. XV. & S. Congreg. 17. Auguſt. 1621 *Vrb. VIII. in Bull. quæ incip. Rom. Pontif.* 28. *Aug.* 1624. *Conc. Trid. ſeſſ. 7. ca. 8. & ſeſſ. 21. de reform. c. 7. & 8.*

Tride. ſeſſ. 22. de obſer in celebrat. Miſſ. §. ab Eccleſijs.

tionis Pij V. quàm volumus ab omnibus ad vnguem obſeruari. Nec etiam audeat quiſque canes venaticos, aut arma quæcumque in Eccleſiam inferre, ſub pœna vnius ſcuti pro qualibet vice infligenda. Ac tandem prohibemus ſub excommunicationis pœna, ne fiant ludi, & coreæ, non ſolum in eccleſijs, verum etiam in eorum porticibus, & cæmeterijs.

Pius V. in Bulla quæ incip. Cum primum. *Kal. Auguſ.* 1567.

Et quia in Noſtra ſolemmi, & ſancta viſitatione ordinauimus, vt Eccleſiæ noſtræ Cathedralis, & Capellarum pauimenta, æqua, & plana ſint, ac patronis illarum iniunximus, vt illa quæ ſunt effoſſa, & non cum cætero pauimento æqualia, de nouo ad ſimilitudinem totius Eccleſiæ pauimenti, quam citius ſternerentur; ideò de nouo præcipimus, vt infra duos menſes, à die publicationis harum noſtrarum Conſtitutionum computandos, præfata pauimenta, prout præmittitur diligenter ſternãt, & Cappellas ornent, ſub pœna amiſſionis iurium ſepulturarum: & ſub eadem pœna præcipimus omnibus Patronis Cappellarum, & Prioribus confraternitatũ totius noſtræ diœceſis, vt infra eundem terminũ duorum men-

ſium eodem modo computandum, ea quæ in dicta noſtra viſitatione decreuimus, executioni mãdent, & obſeruent, tàm circa eadẽ pauimenta, quàm circa altarium, & cappellarum ornamenta. Præcipiẽtes noſtris dilectiſſimis Canonicis, & alijs noſtræ Diœceſis Rectoribus, & Parochis, vt ea quę circa huiuſmodi decreti, & pœnarum obſeruantiã ſpectant fideliter exequantur.

Sacriſtiæ de ſuppellectili ſacra, & rebus omnibus neceſſarijs ad celebrandum, & ad diuina officia perſoluenda prouideatur: & quæ in noſtra viſitatione circa huiuſmodi res decreuimus, ad vnguem obſeruentur, ne in poſterum ſacra, quæ miniſtrantur indecenter, & indecorè tractẽtur. Vnde nec cum noſtra verecunda exprimamus id, quod nobis contingit in cuiuſdam parochialis viſitatione, ordinamus expreſsè, vt quælibet Eccleſia parochialis, habeat thuribulum cum ſua nauicella, vel ex argenteo in maioribus, vel ex auri calco in minoribus. Eccleſiarum oſtia decenter, & fortiter conſtruantur ſeris, & clauibus firmiſſimis muniantur: & ruralium præcipuè, ita

ſint munita, vt beſtijs illarum ingreſſus omnino prohibeatur: ſi Eccleſiæ huiuſmodi facultates habuerint, ex eiſdem facultatibus, & illarum fructibus hæc omnia conficiantur, etiam per eorūdem fructum ſequæſtrationē. Quod ſi earum, & dominorum paupertas, hæc facere non permittat, penitus diruantur, & earū materia iuxta Sacroſancti Concilij Tridentini præſcriptum Parochiali Eccleſiæ applicetur. & ipſa diruta Eccleſia in profanos vſus (ſed non ſordidos) erecta ibi cruce, conuertatur. Et ne improbis patrandorum facinorū occaſio aliqua præbeatur; Præcipimus Sacriſtis, & Oſtiarijs, ſub pœna carceris noſtro arbitrio infligēda, vt dato ſigno nocturno orationis Angelicæ, ac finitis Officijs, fores claudantur, & in aurora aperiantur. In nocte verò nunquam maneāt apertæ, niſi ob cauſam vrgentem Sacramenta miniſtrandi.

Trid. ſeſſ. 21. c. 8.

d. ſeſſ. 21. c. 7.

Altaria eccleſiarum etiam campeſtralium, ex lapide, aut ex opere lateritio conſtructa, ſint latitudinis trium palmorum, longitudinis ſeptem, & altitudinis quatuor ſuper bradella; ſi non ſint conſecrata, habeant Aram paruam

Rubr. Miſſ. cap. 20.

lapideã conſecratam, ita acolmmodatam, vt ſuper eãdem, Hoſtia dum Calice pericommodè collocetur. Et in eodem altari ſit titularis imago, non corroſa, non deprauata, ſed decenter depicta, cum tela ductuli ſuſpẽſa, vt ſuo debito tempore, eadem ſacra imago cooperiri, aut velari poſsit. Sint etiã ſuper altari duo ſaltem candelabra decentia. Tres mappæ; pallium ex materia idonea cõſtructa; puluinar Miſſali ſupponendum; & bradella ita bene firmata, vt Sacerdos firmiter, & ſecurè ſuper illa poſsit incedere.

Et quia in noſtra viſitatione inuenimus aliquos, ſuper quibuſdam Cappellis iura prætendentes: vt ipſa iura clariora, & legitima fiant, per præſentes, aſsignamus illis terminũ duorum menſium, à die huius decreti publicatione computandum, ad deducendum coram Nobis, vel noſtro Vicario Generali, iura ipſis competentia, alioquin, transacto dicto termino, procedemus ad id, quod nobis magis expediens videbitur.

Idem tabernaculum in quo Pixidis cum Sanctiſsimo conſeruabitur, non conſtruatur

ex lignis, quæ humiditatem gignunt, ſed ex alijs ad cuſtodiam tanti Sacramenti perpolitè elaboratis. Armariolum ſit cum oſtiolo, ſera, & claui deaurata, cum filo ſerico pendente, munitum: intus ſerico panno, vel rubeo veſtitũ: & idem tabernaculum, ac Pixides, habeãt cõnopea ſerica omnium colorum, quibus iuxta temporum varietatem, vtitur Eccleſia. Lampadarium mundum cum vaſculo vitreo ante Sanctiſsimũ, & non à latere apponatur, quod die, noctuque, vt diximus in conſpectu Domini ſemper ardeat.

De ſepulturis, & exequijs.

C A P. XXVI.

SEpulturæ non extruantur, ſine noſtra licentia, nec illæ ædificentur propè altaria, nec minus ſub altaribus. Corpora verò abortiuorum, non in Eccleſia, nec in loco conſecrato ſepeliantur, ſed propè ipſam, locus aliquis pro eiſdem tumulandis aſsignetur. In ſepeliendis verò cadaueribus, maxima diligen-

C. præcipiendum 13. q. 2. C. Non opportet.

tia eſt adhibenda, vt ſepulturæ ſint bene obturatæ, ne fetor eorum alios offendat: & quod cæmeteria, religioſe cuſtodiantur, nec nõ ita ſint muro, & altio munita, vt animalibus, aditus prohibeatur prout in noſtra viſitatione decreuimus.

Synod.Turritan. In morte conſanguineorum abſtineant mulieres ab excelſiuis lamentationibus, & decantationibus, quæ vulgo dicunt (*Attitidos*) à comarum, & facierum dilaniatione, & laceratione: ſed domi ſiſtãt, preces pro eo ad Deũ effundant, & cum moderatione, mortuum ſuum, potius pro amore, quam pro dolore plangant: ſemper conſiderando, quod omnes viam vniuerſæ carnis ingrediemur: & pro huius noſtri decreti obſeruatione, præcipim', omnibus Parochis, vt in caſu cõtrauentionis, mortuum non ſepeliant, ſub pœna ſuſpenſionis. Aduertant etiã mulieres, quod in morte prędictorum, ac etiam ſuorum virorum, non audeant domi, præcipuè diebus feſtiuis ſine miſſa permanere ſub pœna noſtro arbitrio infligenda.

Et quia credimus defunctos paruulos, in-

tra ſeptennium, in vera pace quieſcere, ac eorum animas beatitudine potiri, & ad Supremas beatorũ Sedes euolare: ideò ordinamus, vt pro eorumdem cadaueribus ſepeliendis, aſſignetur aliquis locus diſtinctus, & ſeparatus à ſepulturis adultorum; & quod Crux ſine haſta deferatur. Campanæ ſigno lætitiæ pulſentur, & pſalmi feſtiui recitentur, ac quòd ſuper defuncto paruulo, flores, ac herbarum ſerta ſpargantur: nec non pro eiſdem Miſſa de Sãctiſsimo Sacramento, aut de Spiritu Sancto, aut de Beata Virgine, ſeu de Angelis, cũ orationibus pro gratiarum actione, celebretur. Pro eleemoſina exequiarum, & miſſarum decantandarum, antiqua obſeruetur conſuetudo in noſtra Cathedrali; in alijs verò eccleſijs noſtræ Diœceſis, eamdem noſtræ Cathedralis conſuetudinem, & obſeruantiã imittetur, niſi alia legitima, & honeſta conſuetudo fuerit in contrarium.

Ad fouendam mutuam caritatem (etiam poſt mortem) inter Eccleſiaſticos; Ordinamus, vt impoſterum poſt diſceſum ex hac vita alicuius Sacerdotis huius noſtræ Diœceſis, ſi

contigerit extra Ciuitatem Boſaneñ, nobis, vel noſtro Vicario Generali ſtatim inſinuetur, vt omnes de illo certiores reddantur; & cum primũ certiores facti fuerint, vnuſquiſq; Sacerdos pro ipſius defuncti anima vnicum Sacrificium celebrare tenebitur.

Attenta paupertate, & reddituũ tenuitate Eccleſiaſticorum Boſaneñ. per hoc noſtrum decretum, illos abſoluimus, & liberamus, ab onere ſoluendi quamdam taxam in eorũ obitu per modum ſpolij ad fauorem noſtrũ reſpectiuè impoſitam; adeò vt in poſterum nihil de illa ſoluant, ſed ſint ab eadem omnino liberi, & immunes, quantum ad Nos ſpectat.

De bonis, ac rebus Eccleſiarum ac de earumdem recta adminiſtratione.

CAP. XXVII.

Exo l. 22. n. 7. OMnes, qui tenentur ad decimarum ſolutionem, ſciant, Deo ipſi eas deberi, & qui

qui illas ſoluere reſpuunt, aut impediunt earum ſolutionem, ſeu executionẽ, aliena occupant, furantur, & vſurpant. Ac propterea Parochi hoc ipſum inter Miſſarum ſolemnia, ſæpiſsimè moneāt, & inſinuent, quod pij homines, qui decimas integrè ſoluunt, & Deo illas offerunt, horrea frugibus, & vino torcularia redundantia ſemper habent: & è cōuerſo, qui illas non ſoluunt, & ab eiſdem in illis ſoluendis fraus aliqua committitur, ad vltimā animæ, & corporis miſeriam, perueniunt, vt experientia conſtat: nam alij morte ſubitanea alij ſine Sacramentis, & alij ſumma paupertate, cum filiorum, & filiarum amiſsione, miſerrimè pereunt. *Leuit. 27. n. 18.*

Indicent quoque Parochi excommunicationem comminatam à Sacro Concilio Tridentino, contra decimas non ſoluentes: quā etiam Nos imponimus, vt incurrant tranſlatis quindecim diebus, poſt præfatam monitionẽ, quæ à Parochis fieri debet poſt mēſem Octobris: aſsignantes pro primo termino quinque dies; pro ſecundo, alios quinque; & pro tertio præciſo, & perēptorio termino, quinq; alios *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 12. de refor.*

Præcipimus quoque omnibus Eccleſiarum operarijs,ſeu adminiſtratoribus,vt intra duorum menſium ſpatium à publicatione huius noſtri decreti decurrendum,ſub pœna excõmunicationis,omnium,& ſingulorum bonorum mobilium,& immobilium,iurium, actionum,cenſuum,reddituũ,nominum debitorũ, & aliorum quorumcumque ad eorum Eccleſias,ſeu adminiſtrationem,& operariam pertinentium,inuentarium conficiant,illudque ad Nos ſtatim authenticum tranſmittant, vt in Archiuio Menſæ noſtræ Epiſcopalis diligenter conſeruetur. Debitoribus verò dictarum Eccleſiarum,& aliorum piorum locorũ, etiam mandamus ſub pœna excommunicationis maioris ipſo facto incurrenda trina canonica monitione præmiſſa ; ſcilicet tribus menſibus decurrendis à prima die Auguſti poſt publicationem huius Noſtri decreti, aſsignantes eiſdem pro primo termino, Menſem Auguſti , pro ſecundo Menſem Septembris; & pro vltimo , & peremptorio termino totũ Menſe Octobris,quib⁹ trãſactis,ſi nõ ſoluerint debitum quocumque modo cum Eccleſia cõ-

tractum, ex nunc pro tunc, illos excommunicatos declaramus: & contra eorum bona per comiſſarios noſtros, vſque ad ſolutionem debiti rigurosè procedemus.

Eccleſiaſtica ædificia domuſque eccleſiarũ in totum, vel in partem deſtruere nemo audeat: corruentia verò, ſeu reparatione egentia reparentur, & reſtaurentur.

Bona tam mobilia, quam immobilia, vaſa, inſtrumenta reliquamquè ſuppellectilem, cæteraque ad Eccleſiam ſpectantia, nemo vendat, ſeu alienare præſumat, ſub pœnis in Extrauaganti *Ambitioſæ* contentis. *Extrauag. Ambitioſæ de reb' Eccleſiaſt. nõ alien.*

Redditus verò Eccleſiæ prouẽtus, locationes, conceſsiones, permutationes vltra triennium non concedantur, nec renouentur, niſi obſeruata forma fœlicis recordationis Vrbani Papæ Octaui. Quę verò, non ſeruata hac forma fuerint facta, nulla, irrìta, & inania omnino declaramus. *Vrb. VIII. in conſtit. qua incip.* Humanæ ſaluti, 1625.

Tandem præcipimus ſub pœna excõmunicationis omnibus illis, penès quos ſcripturę, vel alià iura, quomodolibet Eccleſiam cõcernentia, reperiuntur, vt infra menſem ab huiuſ-

modi

modi noſtri decreti publicatione decurrendum, ſcripturas, ac iura omnia noſtro Notario, ac Curiæ Secretario cum effectu tradãt, & conſignent.

De vita, & honeſtate Clericorũ.

CAP. XXVIII.

Trid. ſeſſ. 24. in proœmio. IN Primis monemus in Domino, omnes noſtros Diœceſis Clericos cuiuſcumque Ordinis ſint, vt vitam, moreſquè ſuos ita cõponant, quatenùs per eorum exemplum, alios ad pietatem, & Dei cultum magis inſtruant, quam verbis: vnde eis valde commendamus, modeſtiam, grauitatem, & religionem; ac vt nemini dent vllam offenſionem, ne vituperetur eorum miniſterium, iuxta Apoſtoli dictũ: Ad Corinth 6. Sed exhibeant ſe ſicut miniſtros Dei, ne impleatur illud Prophetæ prænunciatum: Ezechiel. 22. *Sacerdotes Dei contaminant Sancta, & reprobant Legem.*

Seſſ. 14. c. 6 Et inhærentes Sacroſancti Concilij Tridentini decretis, præcipimus, vt clericorum

veſtes,

veſtes, ita ſint congruentes, & honeſtæ, vt per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant: ac propterea non nimium elegantes, nimiumvè ſordidæ ſint: ſed in Ciuitate, & extra eas, deferant nigras, & intra eamdem Ciuitatem, vſq; ad talos protenſas; in itinere verò vſque ad genua. *C. Cleric. de vit. & honeſt. cleric.*

Ac proinde præcipimus ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, omnibus in Sacris conſtitutis, vt nũquam ſuum habitum clericalem demittãt, ſiue in Ciuitate, & oppido, ſiue extra: nec vllo modo veſtes laicales deferant, nec minus illas, quæ vulgo dicuntur (*Cabanos*) ſed ad vnguem obſeruent ea, quæ ſupra præcipimus, ſub pœna, etiam maiori, noſtro arbitrio infligenda. nec pileis vtantur niſi domi: in Ciuitate verò, & oppidis, & præcipuè in Eccleſia, ab illis omnino abſtineant: ſed in eiſdem, vel galerio, vel clericali bireto ſemper vtantur, ſub pœna vnius ſcuti pro qualibet vice infligẽda. Ad ſupplicationes verò, & proceſsiones, omnes Clerici teneantur accedere cum proprio tamen ſuperpelliceo, & bireto: & qui hoc modo non acceſſerit, pœna luet quatuor regaliũ pro qualibet vice. *C. prohibet. 23. virt. c. clerici de vit. & honeſt. cleric.*

Et

C.cleric.vt ab indig. 14.q.4.c.2 ne Clerici, vel Monachi. C.placuit. c.peruenit. c. 2. de vit. & honeſt.clericor.clem. 1 eod.tit.c. clerici, & quaſi per totum 23. c.8.

Et eiſdem etiam in Sacris conſtitutis, ſub eadem pœna iniungimus, ne audeant viliori-bus, aut ruralibus exercitijs ſe immiſcere; vt vineas putare, terram fodere, equos domare, equas ad terendum ferre (quod vulgò dicitur *A baſonare*) & alia huiuſmodi. Nec minus in his laicis deſeruire, aut famulari. Nec publicè deferant ligones, aut quidquam eorum ſtatui indecens, & indecorum; nec minus arma niſi de noſtra licentia in ſcriptis obtenta, ſub pœna excommunicationis, & alijs noſtro arbitrio infligendis.

Tride.ſeſſ. 24.c.12.& ſeſſ.22.c.1. de reform.

Præcipimus etiam eiſdem, vt abſtineant à venatione illicita, & præcipuè ab illis, quę vulgò dicuntur, *Sere*, & *Oretu*, à fabulis, choreis cum mulieribus, commeſſationibus, & ebrietatibus, ab alearum, & taxillorum luſu, tàm publicè, quàm priuatim, ſub pœna ſuſpenſionis, & alijs noſtro arbitrio infligendis Et ſub eadē pœna præcipimus, ne clerici poſt Orationē Angelicam de nocte audeant exire à ſuis domibus armati, aut cum inſtrumentis muſicis, nec alios ad muſicas faciendas aſſociari; nec minus in diebus bacchanalibus, aut in ſponſorum

C.2.de vit. & honeſt. clericor. C.Epiſcop. 34.diſt.

rum domibus, & in infantium natalitijs, choreas ducere, nec decantare.

Abſtineant etiam omnes clerici à ſuſpecta mulierum cohabitatione; & ancillas, niſi ad longæuam ætatem prouectas, illis omnino interdicimus, ſub pœnis in ſacris Canonibus impoſitis, & præcipuè in Trident. ſeſſ. 25. c. 14. *Tride. ſeſſ. 25. c. 14. C. quorumd. i. 37. diſt. C. de cohabit. clerico. & mulier. C.*

Abſtineant quoque à mercaturis, & negotiationibus illicitis, & à cauſarum litibus corā Iudice ſæculari, præcipuè criminalium; nec etiam querellas criminales quamuis citra pœnam ſanguinis proſequantur, nec teſtimonium coram eodem Iudice ſæculari deferāt, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis. *Interdixit 32. diſt. C. Epiſcop. 33. diſt. C. Commeſſationes, & ſeqq. 44. diſt.*

Et quia diuinæ humanæquè iuſtitiæ, valdè conſentaneum eſt, vt honores eccleſiaſticos ſolùm in eos conferamus, qui de Eccleſia benemeriti fuerint; Ideò decernimus, nullos ad maiores ordines eſſe promouēdos, niſi antea in minoribus ſe diligenter exercuerint: nec minus ad beneficia admittendos, niſi in ſuis miniſterijs, Eccleſiæ, cui erunt aſcripti, ſedulò inſeruierint. *Tride. ſeſſ. 23. c. 4. de reformat. & ſeſſ. 24. c. 20. de reformat.*

Exerceant ſe igitur Sacerdotes in ſuis mi-

C. Clericus 41. diſt. niſterijs, ſcilicet in Diuinis officijs ſedulò, & diligenter perſoluẽdis: in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, cum timore, & deuotione celebrãdo, quod non legitimè impediti ſaltem diebus Dominicis, ac feſtis ſolemnibus celebrare teneantur: qui verò curam animarũ habuerint, tàm frequenter Miſſas celebrent, vt ſuo muneri cum populi ædificatione ſatisfaciant.

C. Clericus ſupr. citat. Clerici verò non Sacerdotes, quolibet mẽſe, diuino, ac ſaluberrimo Euchariſtiæ pabulo ſe reficiant, nec prætermittant quotidiè intereſſe Sacroſancto Miſſæ Sacrificio.

De laicorum Cõfraternitatibus.

C A P. XXIX.

Finis Laicorum Confraternitatum inſtitutionis, non alius fuit, quam, vt populi ad pietatis, & religionis opera tenderẽt: nec non ad Sacramentorum frequentiam; & vt in vinea Domini ſpiritualibus exercitijs, & orationibus ſe exercerent, & proficerent: ac propterea omnes confratres, & cõſorores in

Do-

Domino monemus, vt omnium iſtorum, & ſuarum obligationum memores ſint.

In poſterum Confraternitates non inſtituantur, niſi de noſtra licentia in ſcriptis obtenta, & inſtitutæ, vt rectius adminiſtrentur, ordinamus, vt nulla ſtatuta in eis condantur, niſi prius à nobis, vel à noſtro Vicario Generali fuerint examinata, & approbata.

Tride. ſeſſ. 4. c. vlt. & ſeſſ. 22. c. 8. Clem. VIII in conſtit. Quęcumq; §. ſtatuta 24. Decem. 1604.

Priuilegia, & indulgentiæ ſint in publica tabella appenſæ; & ſtatuta, ante quam aliquis ad confraternitatem admittatur, officiales ei oſtendant, vt plenè ſit inſtructus de his, quæ in ſodalitate obſeruare tenebitur. Aduertant tamen Priores illarum, vt non recipiāt in ſuas Confraternitates, niſi illos qui fuerint bonis moribus prædit i, diſcoli verò, & criminoſi nō admittantur.

Clement. Quia contingit. de relig. domibus.

Confraternitates, quæ non habuerint ſaltem decem, & octo ſodales, ex nunc illas annullamus, & caſſamus, & bona illarum, & Eccleſiæ, ſeu Oratorio in quo erectæ erant perpetuò incorporamur, & applicamus ſub cura, & cuſtodia Parochi loci in quo erant.

Bini, & bini, cum modeſtia, & deuotione

in proceſsionibus incedant: & antiquiores poſterioribus, & modernioribus ſemper præferantur.

Clem. VIII in conſtit. citat. & Greg. XIII in alia, quæ incip. Expo nit. 15. Iuly 1583.

Et vt rixæ, contentiones & iurgia quæ ſolent oriri ſuper præcedentia in nocte Iouis Sancti, in qua maximam deuotionem, cordis compunctionem & pietatem (ob Sacroſancta myſteria paſsionis Dñi noſtri Ieſv Chriſti, quę nobis repræſentantur) omnes præbere tenentur: Præcipimus ad præfata iurgia euitanda, ſub pœna excommunicationis vt in dicta nocte caſu quo dictæ confraternitatis ſibi ad inuicem obuiarent in aliqua Eccleſia confraternitas, quæ primò ibi fuerint ingreſſa, quam citò ſuam deuotionem expleat: alia verò expectet ſeparatim, donec altera ab Eccleſia egrediatur.

Tride. ſeſſ. 25. §. in bas

Bona confraternitatis non in epulis, & cõmeſſationibus; ſed ſolumodo in cæra, & oleo expendantur; in alijs verò maioribus expenſis pro eàdem confraternitate faciendis; bona eiuſdem expendere, ſine noſtra licentia non audeant; nec minus in proprios vſus conuertere, ſub pœna de proprio ſoluendi.

Et quia in Parochialibus Eccleſijs, Sanctorum feſta, ieiunia de præcepto, & monitoria, ac matrimonia, & alia ad animarum curam ſpectantia publicantur, & denunciantur: præcipimus Prioribus confraternitatum, ac earundem Cappellanis, vt Miſſæ, & Diuina Officia in ſuis Oratorijs ita celebrentur, vt præfata huiuſmodi non impediatur; nec minus quod ad populi notitiam non perueniant. Committentes Rectoribus, vt pœnis pecuniarijs (applicandis noſtro arbitrio eiſdem Oratorijs) contra tranſgreſſores procedant. *Tride. ſeſſ. 7. c. fin. de reformat.*

Electiones Priorum, & aliorum officialium in Ciuitate Boſanenſi, non fiant ſine noſtra, aut noſtri Vicarij Generalis præſentia: in alijs verò locis, coram Rectore, vel eo abſente coram Parocho antiquiori, ſub pœnis in Bulla Clementis Octaui fœlicis recordationis contentis: eorum autem officium vltra annum non progrediatur.

Adminiſtratores Confraternitatũ, teneãtur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis quolibet anno, iuxta Sacroſancti Cõcilij Trident. diſpoſitionem, coram à nobis deputandis. *Tride. ſeſſ. 22. c. 8. & 9. Congreg. Con. 7. Aprilis 1628*

& Conſtit. Clem. VIII ſup. cit.

dis, aliiſque duobus ſocietatis confratribus, qui veri debitores fuerint inuenti, compellantur ſoluere intra ſpatium decem dierum.

Tandem ad rectum harum confraternitatum regimen, ordinamus, vt quælibet ſodalitas quatuor habeat libros. In primo ſcribãtur nomina, & cognomina confratrum. In ſecundo inuentarium omnium bonorum, tàm mobilium, quàm immobilium, cuius copia authentica in noſtro Archiuio deponatur. In tertio introitus, & exitus cum nota dicti mẽſis, & anni adnotabitur. In quarto denique omnia ſtatuta, & ordinationes earumdem confraternitatum deſcribentur.

De Eremittis.

C A P. XXX.

NVllus cuiuſcumque ſtatus, aut conditionis, audeat Eremitarum habitum aſſumere, niſi de noſtra licentia, aut noſtri Vicarij Generalis in ſcriptis obtenta: ante quam verò huiuſmodi licentia concedatur,

tur, ab eodem noſtro Vicario diligenter examinabitur de vita, moribus, conuerſatione, ac ipſius Patria.

Et quia multoties ſub hoc ementito habitu, huc, illuc aliqui ſcandaloſi diuagantur, à corporalibus laboribus ſe eximunt, & è pioru Chriſti Fideliū manibus, eleemoſinas in pauperum perniciem, fraudulenter eripiunt. Ordinamus, vt Rectores, & Parochi locorū, omnem diligentiam adhibeant, ne ſine noſtra præfata licentia, aut noſtri Vicarij Generalis, per oppida, aut alia loca quæſtus faciant. Quos verò ſub Eremitarum nomine, ac figmento, & ementito habitu compererint, eoſdem capiant, & ad Nos pœnis debitis puniendos, ſtatim tranſmittant.

De Noſtro Tribunali, & eius miniſtris.

C A P. XXXI.

AD rectam noſtri Tribunalis adminiſtrationem, ordinamus, vt ipſius Notarius,

ritis, in ſui officij initio iurare debeat coram nobis, ſe omnia fideliter acturũ. Et quod quinque libros conficiat, in quibus adnotetur omnia ad dictum Tribunal ſpectantia. In primo igitur adnotabit nomina, & cognomina eorũ, qui aliqua cauſa, vel occaſione Fidei profeſsionem emiſerunt, vnà cum die, menſe, & anno. & eodem modo in ſecundo, omnium ordinandorum. In tertio litteræ beneficiorum, quorumcumque etiam iuris Patronatuum. In quarto cauſæ criminales, & in quinto cauſæ ciuiles. Caueat tamen in omnibus, ab omni infidelitatis ſuſpitione, ſub pœna falſi.

C. Quoniã de probat. Conc. Lateran. ſub Innocenc. III. c. 38. & Triſ. c. 4.

Obligationes, & inſtrumenta quæcumq; non in folio volanti, ſed in libro ad hoc deſtinato, cum duorum teſtium ſubſcriptione deſcribantur, ſub pœna nullitatis.

Nemo audeat cauſas Eccleſiaſticas ad forum ſæculare deducere, nec minus Clericos ad dictum forum trahere, ſub pœna excommunicationis latæ ſententię, & ſub eadem pęna præcipimus eiſdem Clericis, vt citati ad forum ſæculare non compareant, nec conſentiant. Nec in alio, quam in Noſtro Tribunali, ſine

Martinus V. in conſt. 4. incip. Ad reprimendas. Barbo. 3. p. allg. 50 n. 115.

252

ſine noſtra licentia; etiam in ciuilibus ſe obligent, ſub pœna ſcutorum quadraginta.

Et quia Gregorius XIV. quamdam conſtitutionem edidit, qua caſus, & formã exrahẽdi delinquentes ab Ecclesia expreſsit; Ideò omnibus cuiuſcumque gradus, ſtatus, & conditionis ſint, præcipimus ne delinquẽtes quoſcumque, è locis ſacris quibuſcumque, tàm ſæcularibus, quàm regularibus, audeant ſine noſtra licentia extrahere, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ. Et ſub eadẽ pœna præcipimus eiſdem, ne audeãt directè, vel indirectè iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Miniſtros noſtros in exequendis mandatis noſtris impedire, nec minus eóſdem, nec alios noſtræ iuriſdictionis ſubiectos ſub quouis prætextu carcerare, aut contra illos quocumque modo procedere. Tranſgreſſores verò præter pœnam excõmunicationis, quã ipſo iure incurrent, alijs noſtro arbitrio erũt puniendi.

modi noſtri decreti publicatione decurrendum, ſcripturas, ac iura omnia noſtro Notario, ac Curiæ Secretario cum effectu tradãt, & conſignent.

De vita, & honeſtate Clericorũ.

CAP. XXVIII.

IN Primis monemus in Domino, omnes noſtros Diœceſis Clericos cuiuſcumque Ordinis ſint, vt vitam, moreſquè ſuos ita cõponant, quatenùs per eorum exemplum, alios ad pietatem, & Dei cultum magis inſtruant, quam verbis: vnde eis valde commendamus, modeſtiam, grauitatem, & religionem; ac vt nemini dent vllam offenſionem, ne vituperetur eorum miniſterium, iuxta Apoſtoli dictũ: Sed exhibeant ſe ſicut miniſtros Dei, ne impleatur illud Prophetæ prænunciatum: *Sacerdotes Dei contaminant Sancta, & reprobant Legem.*

Trid. ſeſſ. 14. in proœmio.

Ad Corinth 6.

Ezechiel. 22.

Seſſ. 14. c. 6

Et inhærentes Sacroſancti Concilij Tridentini decretis, præcipimus, vt clericorum

veſtes, ita ſint congruentes, & honeſtæ, vt per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant: ac propterea non nimium elegantes, nimiumvè ſordidæ ſint: ſed in Ciuitate, & extra eas, deferant nigras, & intra eamdem Ciuitatem, vſq; ad talos protenſas; in itinere verò vſque ad genua. *C. Cleric. de vit. & honeſt. cleric.*

Ac proinde præcipimus ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, omnibus in Sacris conſtitutis, vt nũquam ſuum habitum clericalem demittãt, ſiue in Ciuitate, & oppido, ſiue extra: nec vllo modo veſtes laicales deferant, nec minus illas, quæ vulgo dicuntur (*Cabanos*) ſed ad vnguem obſeruent ea, quæ ſupra præcipimus, ſub pœna, etiam maiori, noſtro arbitrio infligenda. nec pileis vtantur niſi domi: in Ciuitate verò, & oppidis, & præcipuè in Eccleſia, ab illis omnino abſtineant: ſed in eiſdem, vel galerio, vel clericali bireto ſemper vtantur, ſub pœna vnius ſcuti pro qualibet vice infligẽda. Ad ſupplicationes verò, & proceſsiones, omnes Clerici teneantur accedere cum proprio tamen ſuperpelliceo, & bireto: & qui hoc modo non acceſſerit, pœna luet quatuor regaliũ pro qualibet vice. *C. prohibet. 23. virt. c. clerici de vit. & honeſt. cleric.*

Et

C.cleric.vt ab indig. 14.q.4.c.2 ne Clerici, vel Monachi. C.placuit. c.peruenit. c. 2. de vit. & honeſt.clericor.clem. 1 eod.tit.c. clerici, & quaſi per totum 23. c.8.

Et eiſdem etiam in Sacris conſtitutis, ſub eadem pœna iniungimus, ne audeant viliori- bus, aut ruralibus exercitijs ſe immiſcere; vt vineas putare, terram fodere, equos domare, equas ad terendum ferre (quod vulgò dicitur *A baſonare*) & alia huiuſmodi. Nec minus in his laicis deſeruire, aut famulari. Nec publicè deferant ligones, aut quidquam eorum ſtatui indecens, & indecorum; nec minus arma niſi de noſtra licentia in ſcriptis obtenta, ſub pœna excommunicationis, & alijs noſtro arbitrio infligendis.

Tride.ſeſſ. 24.c.12.& ſeſſ.22.c.1. de reform.

Præcipimus etiam eiſdem, vt abſtineant à venatione illicita, & præcipuè ab illis, quę vulgò dicuntur, *Sere*, & *Oretu*, à fabulis, choreis cum mulieribus, commeſſationibus, & ebrietatibus, ab alearum, & taxillorum luſu, tàm publicè, quàm priuatim, ſub pœna ſuſpenſionis, & alijs noſtro arbitrio infligendis Et ſub eadē

C.2.de vit. & h.neſt. clericor. C.Epiſcop. 34.diſt.

pœna præcipimus, ne clerici poſt Orationē Angelicam de nocte audeant exire à ſuis domibus armati, aut cum inſtrumentis muſicis, nec alios ad muſicas faciendas aſſociari; nec minus in diebus bacchanalibus, aut in ſponſo-

rum

rum domibus, & in infantium natalitijs, choreas ducere, nec decantare.

Abſtineant etiam omnes clerici à ſuſpecta mulierum cohabitatione: & ancillas, niſi ad longæuam ætatem prouectas, illis omnino interdicimus, ſub pœnis in ſacris Canonibus impoſitis, & præcipuè in Trident. ſeſſ. 25. c. 14.

Tride. ſeſſ. 25. c. 14. C. quorumdã. 37. diſt. C. de cohabit. clerico. & mulier. C. Interdixit 32. diſt.

Abſtineant quoque à mercaturis, & negotiationibus illicitis, & à cauſarum litibus corã Iudice ſæculari, præcipuè criminalium; nec etiam quærellas criminales quamuis citra pœnam ſanguinis proſequantur, nec teſtimonium coram eodem Iudice ſæculari deferãt, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis.

C. Epiſcop. 33. diſt. C. Commiſſationes, & ſeqq. 44. diſt.

Et quia diuinæ humanæquè iuſtitiæ, valdè conſentaneum eſt, vt honores eccleſiaſticos ſolùm in eos conferamus, qui de Eccleſia benemeriti fuerint; Ideò decernimus, nullos ad maiores ordines eſſe promouẽdos, niſi antea in minoribus ſe diligenter exercuerint: nec minus ad beneficia admittendos, niſi in ſuis miniſterijs, Eccleſiæ, cui erunt aſcripti, ſedulò inſeruierint.

Tride. ſeſſ. 22. c. 4. de reformat. & ſeſſ. 24. c. 20. de reformat.

Exerceant ſe igitur Sacerdotes in ſuis mi-

C. Clericus 41. diſt. niſterijs, ſcilicet in Diuinis officijs ſedulò, & diligenter perſoluēdis: in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, cum timore, & deuotione celebrādo: quod non legitimè impediti ſaltem diebus Dominicis, ac feſtis ſolemnibus celebrare teneantur: qui verò curam animarū habuerint, tam frequenter Miſſas celebrent, vt ſuo muneri cum populi ædificatione ſatisfaciant.

C. Clericus ſupr. citat. Clerici verò non Sacerdotes, quolibet mēſe, diuino, ac ſaluberrimo Euchariſtiæ pabulo ſe reficiant, nec prætermittant quotidiè intereſſe Sacroſancto Miſſæ Sacrificio.

De laicorum Cōfraternitatibus.

C A P. XXIX.

Finis Laicorum Confraternitatum inſtitutionis, non alius fuit, quam, vt populi ad pietatis, & religionis opera tenderēt: nec non ad Sacramentorum frequentiam; & vt in vinea Domini ſpiritualibus exercitijs, & orationibus ſe exercerent, & proficerent: ac propterea omnes confratres, & cōſorores in

Do-

Domino monemus, vt omnium iſtorum, & ſuarum obligationum memores ſint.

In poſterum Confraternitates non inſtituantur, niſi de noſtra licentia in ſcriptis obtenta, & inſtitutæ, vt rectius adminiſtrentur, ordinamus, vt nulla ſtatuta in eis condantur, niſi prius à nobis, vel à noſtro Vicario Generali fuerint examinata, & approbata.

Tride. ſeſſ. 4. c. vlt. & ſeſſ. 22. c. 8. Clem. VIII. in conſtit. Quæcumq; *§. ſtatuta 24. Decem. 1604.*

Priuilegia, & indulgentiæ ſint in publica tabella appenſæ: & ſtatuta, ante quam aliquis ad confraternitatem admittatur, officiales ei oſtendant, vt plenè ſit inſtructus de his, quæ in ſodalitate obſeruare tenebitur. Aduertant tamen Priores illarum, vt non recipiãt in ſuas Confraternitates, niſi illos qui fuerint bonis moribus prædit, diſcoli verò, & criminoſi nõ admittantur.

Clement. Quia contingit. *de relig. domibus.*

Confraternitates, quæ non habuerint ſaltem decem, & octo ſodales, ex nunc illas annullamus, & caſſamus, & bona illarum, & Eccleſiæ, ſeu Oratorio in quo erectę erant perpetuò incorporamur, & applicamus ſub cura, & cuſtodia Parochi loci in quo erant.

Bini, & bini, cum modeſtia, & deuotione

in proceſsionibus incedant: & antiquiores poſterioribus, & moderníoribus ſemper præferantur.

Clem. VIII in conſtit. c. citat. & Greg. XIII in alia, quæ incip. Exponit. 15. Iulij 1583.

Et vt rixæ, contentiones & iurgia quæ ſolent oriri ſuper præcedentia in nocte Iouis Sancti, in qua maximam deuotionem, cordis compunctionem & pietatem (ob Sacroſancta myſteria paſsionis Dñi noſtri IesvChriſti, quę nobis repræſentantur) omnes præbere tenentur: Præcipimus ad præfata iurgia euitanda, ſub pœna excommunicationis vt in dicta nocte caſu quo dictæ confraternitatis ſibi ad inuicem obuiarent in aliqua Eccleſia, confraternitas, quæ primò ibi fuerint ingreſſa, quam citò ſuam deuotionem expleat: alia verò expectet ſeparatim, donec altera ab Eccleſia egrediatur.

Tri le. ſeſſ. 25. §. in bas

Bona confraternitatis non in epulis, & cōmeſſationibus; ſed ſolumodo in cæra, & oleo expendantur, in alijs verò maioribus expenſis pro eadem confraternitate faciendis, bona eiuſdem expendere, ſine noſtra licentia non audeant; nec minus in proprios vſus conuertere, ſub pœna de proprio ſoluendi.

Et quia in Parochialibus Eccleſijs, Sanctorum feſta, ieiunia de præcepto, & monitoria, ac matrimonia, & alia ad animarum curam ſpectantia publicantur, & denunciantur: præcipimus Prioribus confraternitatum, ac earundem Cappellanis, vt Miſſæ, & Diuina Officia in ſuis Oratorijs ita celebrentur, vt præfata huiuſmodi non impediatur; nec minus quod ad populi notitiam non perueniant. Cõmittentes Rectoribus, vt pœnis pecuniarijs (applicandis noſtro arbitrio eiſdem Oratorijs) contra tranſgreſſores procedant. *Tride. ſeſſ. 7. c. fin. de reformat.*

Electiones Priorum, & aliorum officialium in Ciuitate Boſanenſi, non fiant ſine noſtra, aut noſtri Vicarij Generalis præſentia: in alijs verò locis, coram Rectore, vel eo abſente coram Parocho antiquiori, ſub pœnis in Bulla Clementis Octaui fœlicis recordationis contentis: eorum autem officium vltra annum non progrediatur.

Adminiſtratores Confraternitatũ, teneãtur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis quolibet anno, iuxta Sacroſancti Cõcilij Trident. diſpoſitionem, coram à nobis deputan- *Tride. ſeſſ. 22. c. 8. & 9. Congreg. Con. 7. Aprilis 1628*

dis, alijſque duobus ſocietatis confratribus; qui veri debitores fuerint inuenti, compellantur ſoluere intra ſpatium decem dierum.

& Conſtit. Clem. VIII ſup. cit.

Tandem ad rectum harum confraternitatum regimen, ordinamus, vt quælibet ſodalitas quatuor habeat libros. In primo ſcribātur nomina, & cognomina confratrum. In ſecundo inuentarium omnium bonorum, tàm mobilium, quàm immobilium, cuius copia authentica in noſtro Archiuio deponatur. In tertio introitus, & exitus cum nota dicti mēſis, & anni adnotabitur. In quarto denique omnia ſtatuta, & ordinationes earumdem confraternitatum deſcribentur.

De Eremittis.

CAP. XXX.

NVllus cuiuſcumque ſtatus, aut conditionis, audeat Eremitarum habitum aſſumere, niſi de noſtra licentia, aut noſtri Vicarij Generalis in ſcriptis obtenta: ante quam verò huiuſmodi licentia concedatur,

tur, ab eodem noſtro Vicario diligenter examinabitur de vita, moribus, conuer ſatione, ac ipſius Patria.

Et quia multoties ſub hoc ementito habitu, huc, illuc aliqui ſcandaloſi diuagantur, à corporalibus laboribus ſe eximunt, & è pioru Christi Fideliu manibus, eleemoſinas in pauperum perniciem, fraudulenter eripiunt. Ordinamus, vt Rectores, & Parochi locorū, omnem diligentiam adhibeant, ne ſine noſtra præfata licentia, aut noſtri Vicarij Generalis, per oppida, aut alia loca quæſtus faciant. Quos verò ſub Eremitarum nomine, ac figmento, & ementito habitu compererint, eoſdem capiant, & ad Nos pœnis debitis puniendos, ſtatim tranſmittant.

De Noſtro Tribunali, & eius miniſtris.

C A P. XXXI.

AD rectam noſtri Tribunalis adminiſtrationem, ordinamus, vt ipſius Notarius,

252
ſine noſtra licentia; etiam in ciuilibus ſe obligent; ſub pœna ſcutorum quadraginta.

Et quia Gregorius XIV. quamdam conſtitutionem edidit, qua caſus, & formã exrahẽdi delinquentes ab Eccleſia expreſsit; Ideò omnibus cuiuſcumque gradus, ſtatus, & conditionis ſint, præcipimus ne delinquẽtes quoſcumque, è locis ſacris quibuſcumque, tàm ſæcularibus, quàm regularibus, audeant ſine noſtra licentia extrahere, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ. Et ſub eadẽ pœna præcipimus eiſdem, ne audeãt directè, vel indirectè iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Miniſtros noſtros in exequendis mandatis noſtris impedire, nec minus eóſdem, nec alios noſtræ iuriſdictionis ſubiectos ſub quouis prætextu carcerare, aut contra illos quocumque modo procedere. Tranſgreſſores verò præter pœnam excõmunicationis, quã ipſo iure incurrent, alijs noſtro arbitrio erũt puniendi.

De Vicario Generali eiuſque authoritate.

C A P. XXXII.

C. Quoniã de offic. Ordinarij. C. fin. de offic. Vicar. in 6.

QVamuis Vicarius Generalis in tota Diœceſi habeat authoritatem Ordinariam, alium tamen non poteſt ſubſtituere, nec beneficia conferre, nec minus denuntiationes excõmunicationum relaxare; aut abſolutionem à iuramento impertiri; nec ordinum litteras dimiſſoriales, aut teſtimoniales concedere, ſine noſtra expreſſa licentia, & mandato, iuxta *Cap. finali de officio Vicarij in 6. dict. Cap. final. ord. in 6.*

Iuſtitiam tenetur admininiſtrare, tàm in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus: ſine tamen ſtrepitu, & figura iudicij in leuibus, quæ inter pauperes aguntur.

C. vltim. de offic. Archipresb. c. cũ Apoſtolus. de conſecr.

Inuigilare valdè debet, vt ordinationes huius noſtræ Synodi, & aliæ in viſitatione factæ, inuiolabiliter ab omnibus obſeruentur.

Viſitet per ſæpe Eccleſias, & Oratoria, ne

in

in illis aliquod indecens, & indecorum committatur: nevè aliquod, quod ad Dei, & Eccleſiæ cultum ſpectat omittatur.

Inuigilet ne ſubditi in concubinatu, vſuris, aut aliquo alio publico ſcelere viuant: & vt ab omnibus feſtiui dies piè, ac religiosè colantur, diſciplinam Eccleſiaſticam tenetur promouere, & omni ſedulitate procurare, vt pueri, & puellæ Fidei Rudimenta addiſcant. *C. cit. de offic. Archipresbyt.*

Præcipientes omnibus, tàm Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, vt in his quæ ad ſui officiū pertinebunt, debitam ipſi præſtent obedientiam, ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis.

Deinceps in cauſis criminalibus non expediantur litteræ comiſſoriales, aut Comiſſarij, niſi ad inſtantiam partis, vel alicuius quærelantis; vel niſi cauſa ſit grauis, & iam publicata; vel perſona aliqua ſit infamata de aliquo delicto, quod poſsit probari per legitimos teſtes. Quærelantes verò, aut inſtantes, & non probantes, tenebuntur ad expenſas.

P 2 De

De Capitulo congregando.

C A P. XXXIII.

QVando opus fuerit, Capitulum coram nobis, vel alio in loco ad hoc deſtinato, congregabitur: & niſi in caſu neceſsitatis, die antecedenti intimabitur; regiſtrata in libro capitulorum relatione.

Ante quàm negotia pertractētur, ſemper Spiritus Sancti auxilium implorabitur: quo implorato, vno quoque iuxta ſuum gradum ſedente, ille ad quem de iure, vel conſuetudine ſpectat, res & negotia diſcutienda proponet.

Qui fuerit maior in gradu, & dignitate, ille primo ſuam proferet ſententiam: omnes ta men in eadem proferenda, ac in reſponſionibus, & contradictionibus ſemper modeſtiã obſeruent.

In votorum æqualitate, ad Nos negotium deuoluetur: in inæqualitate verò, id decernetur, quod à maiori parte fuerit concluſum.

Capitulares qui directè, vel indirectè ali-

quod intereſſe in negotio in Capitulo tractādo habuerit, ab eodem diſcedere debet: alij verò intereſſe non habentes illud decidant, & concludant, & omnia in Capitulo decidēda, & deciſa fideliter in libro ad hoc deſtinato, à Secretario deſcribantur: & quæ in eodē fuerint tractata, non referantur extra, nec reuelētur, ſub pœna noſtro arbitrio infligēda.

De Procuratore Capituli.

C A P. XXXIV.

PRocurator Capituli ab eodem Capitulo electus, fidelitate, diligentia, ac facultatibus erit prædit᷈us, & in bonorum omnium inuentarium conficiendum, ac in introitus, & exitus adnotandos, valdè ſolicitus.

Expenſæ extraordinariæ ſine expreſſa cōmiſsione Capituli non fiant à Procuratore: neque eodem Capitulo inconſulto, locare, vendere, aut alienare audeat bona ipſius Capituli, & Eccleſiæ, ſub pœnis in extrauagantibus *Ambitioſè* contentis.

Ipſe

25 Ipſe procurator, vel alius, ad quem ſpectabit diſtributiones quotidianas diuidere, illas diſtribuat, iuxta ſeruitium, & laborem vniuſcuiuſque: abſentibus verò, & non legitimè occupatis, aut rationabiliter punctatis, denegētur: nec minus illis perſoluantur, qui in Sacris Ordinibus non fuerint conſtituti, niſi in cōtrarium aliqua conſuetudo abſtaret. Quod ſi alicui mercedem indebitam impertiatur, illā de proprio, Eccleſiæ reſtituere tenebitur.

De Blaſphemijs.

C A P. XXXV.

Leo.X.in Bull.incip. Supernæ diſpoſitioni.verſ. ad abolendam Iulius III. in conſt.43 incip. In *multis. Pius V. in*

1 OMnes à blaſphemijs in Deum, Beatā Virginem, & Sāctos, omnino abſtineāt, ſub pœnis in Sacris Canonibus, & Pontificijs Cōſtitutionib⁹ contentis. Et ſi blaſphemię hæreticam ſapiunt prauitatem, contra eoſdē blaſphemos, tamquā de hæreſi ſuſpectos riguroſiſsimè procedetur.

Patefacientes blaſphemos, indulgētias à Leone X. conceſſas, lucrabuntur: ſcientes verò, &

non

non reuelantes, excommunicationis pœnæ ſubiacebunt. *Bull. incip. Cum primum ad Apoſtolatū.*

De Excommunicatione.

C A P. XXXVI.

Excommunicatio, eſt pœna acerbiſsima Eccleſiaſtica, qua homines à communione, & participatione totius Eccleſię, & fidelium priuantur: huiuſmodi acerbitas eſt à Parochis frequenter inſinuanda fidelibus, vt eos arceant ab his, quæ ſibi tantarum calamitatum perniciem poſſunt irrogare. *C. Conſcipiũ tur. 24. q. 8*

Non concedentur amplius monitoria niſi pro re graui, & niſi in diuitibus pro quātitate aſcendente ad ſcuta decem, in pauperibus verò ad libras decem; nec fulminentur excommunicationes, niſi pro ſumma ſcutorum viginti quinque in diuitibus, in pauperibus verò pro ſumma librarum viginti.

Intelligantur monitoria conceſſa eſſe ad agendum ciuiliter, & non criminaliter: alioquin nullum habeant valorem, nec in iuditio, nec *Pius V. in Bull. in ip. Sanctiſsim' quę eſt 103. 27. Iulij ann. 5.*

nec extra iuditium. Nec minus concedantur contra perſonas, quas petens non ignorat, aut cum quibus lis pendet de rebus quas petit in monitorio.

Præfata monitoria non publicentur à Dominica Quarta Aduentus, vſque ad Epiphaniã Domini, nec à Dominica Palmarum, vſque ad Octauam Paſchatis incluſiuè.

Parochus non concedat reuelationes parti, ſub pœna carceris; ſed quas habuerit, ad Nos ſignatas Sigillo, tranſmittat.

Fulminationes verò fiant in diebus feſtiuis inter Miſſarum ſolemnia, iuxta ſtilum, & mãdatum Curiæ, & non aliter.

De Iuramento falſo.

C A P. XXXVII.

A Iuramento falſo, quod eſt Deo abominabile, & proximo pernicioſiſsimum, omnes fideles præcipuè in iudicialibus, abſtineant. ſciantquè eius abſolutioné ad ſolùm Summum Pontificem ſpectare prę- terquam in articulo mortis.

Hu-

Huiuſmodi pernicioſiſsimi homines, ſunt infames, ac caſtigatione digni; Clerici verò hoc abominabile ſcelus (quòd abſit) committentes, grauiſsimis pœnis Eccleſiaſticis, ac alijs noſtro arbitrio, erunt rigoroſiſsimè puniẽdi. *C. Infames. 6. q. 1. C. Quicumque. ibidẽ. C. Conſtitutum. 3. q. 1. & 22. q. 5. per totam.*

Curabunt propterea confeſſarij fideles à tanto ſcelere auertere, ne Omnipotentis Dei indignationem, & pœnas temporales ſuperpoſitas incurrant.

De Maleficijs, & Superſtitionibus.

C A P. XXXVIII.

VAria maleficia, incantationes, ſuperſtitiones, & ſortilegia inuenta ſunt ab hominum perditorum malitia: vnde Sacri Canones, & conſtitutiones Apoſtolicæ, ad huiuſmodi ſcelera reprimẽda merito proclamant: Noſquè ob noſtri Paſtoralis Officij ſolicitudinem, ac tamquam Sacræ Fidei Inquiſitores Ordinarij cupiẽtes ſcelus tam abo-

minabile euellere, & eradicare: præcipimus in virtute Spiritus Sancti, omnibus noſtræ Diœceſis Fidelibus, vt huiuſmodi ſuperſtitioſos, magos, ſtriges, veneficos, ſortilegos, & incantatores, ac de eodē crimine probabiliter ſuſpectos, nobis quam citius denuncient, ſub excommunicationis maioris pœna ipſo facto incurrenda.

Veneficos autem, & ſortilegos, ac magos vocamus illos, qui ſuis incantationibus, maleficijs, & veneficijs, ac alijs magicis, ac diabolicis artibus, mentes hominum perturbant, morbos inducunt, ac depellunt; humanorum corporum figuram, & conditionem mutant, mari, aëri, tempeſtati, ventiſquè imperant. Cum dæmonibus fœdera, pactioneſquè faciunt; futura præcognoſcunt, & prædicunt: furto ſubtrata denuntiant: theſauros abſconditos ex ſomnijs, ſortibus, aut alijs peſsimis artibus pollicentur. Homines ligant, ſcripturas, & orationes concedunt, promittentes per ipſas bonorum cōſecutionem, & à malis liberationē: hoſtium depreſsionem: ſcientiam abſentium: matrimonia cum tali, vel tali perſona contrahenda:

benda ? & alia multa vana ; vt ſunt Orationes cum certo numero candelarum in tali die, & hora, cũ cæremonijs, & ritibus ſuperſtitioſis.

Quapropter, præcipimus, vt ab his omnibus, & alijs vanis obſeruantijs abſtineant omnes fideles ſub Noſtra poteſtate cõſtituti, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ: & hortamur omnes in Domino, vt omnibus rebus tam comeſtibilibus, quàm alijs, de hoc vitio ſuſpectis, ſalutiferæ, ac ſanctiſsimæ Crucis ſignum, quo dæmones, & eorum artes fugantur, ſemper adhibeant. Parochi verò, & alij Eccleſiaſtici miniſtri inuigilent, vt fideles à tanto malo deterreant, & auertant.

De Cõcubinarijs Meretricibus, & vſurarijs.

C A P. XXXIX.

Flagitium concubinatus, adeò animam miſerrimè illaqueatam tenet, vt vix ab ipſius laqueis, niſi cum maximo Dei adiuto- *Conc. Rom. ſub Nicolao I. in fin. Lateraneñ*

ſub Leone X. ſeſſ. 9. de reformat. c. Concubinary.
Tride. ſeſſ. 25. c. 14. de reform. & ſeſſ. 24. c. 8. de reformat.

iutorio, diſolui poſſit; ac propterea Sancti Patres, & Concilia, & præcipuè Tridentinum, valdè illud deteſtātur, pœnaſque grauiſsimas, contra huiuſmodi ſcelus perpetrantes, & in ſtatu damnationis viuentis imponit. Committitque locorum Ordinarijs, vt aduerſus huiuſmodi concubinarios, ſeuerè, pro qualitate criminis, procedant: Vnde ſanctiſsimæ huic ordinationi, & commiſsioni inhærentes, præcipimus, & mandamus, vt omnes vtriuſque ſexus, ac etiam Eccleſiaſticis (ſi fuerint quod Deus auertat) omnino ſe abſtineant à tanto flagitio ab eiſdem Patribus, & concilijs deteſtato, & ſi parent ſe totaliter ab eiſdem concubinis, & communicatione illarum, & conuertantſe ad Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum; verum totius caſtitatis fontem, & originem, ſub pœnis in eiſdem Concilijs impoſitis, & alijs pro noſtro arbitrio infligendis.

47. diſt. per totam. c. præterea de vſuris. c. Quia in omnibus de vſuris.

Ab vſuris quoque, quæ adeo pernicioſiſsimæ ſunt, vt animam & facultates deuorent ſe omnino abſtineant. ſciantquè vſurarij, præcipuè manifeſti, quod ad Sacramenta non admittētur, niſi priùs facta reali ſatisfactione: &

quod

258

quod ſi in hoc crimine deceſſerint, Eccleſiaſtica carebunt ſepultura. Parochi verò, qui huiuſmodi crimininoſos ſepeliri auſi fuerint, ſuſpenſionis, & excommunicationis pœnas, ipſo facto incurrent.

C. Cum & eod. tit. Dict. Cap. Quia in criminibus.

De Examinatoribus, & Iudicibus Synodalibus.

C A P. XL.

INhærentes Sacroſancti Concilij decreto, elegimus, & deputamus in examinatores ſynodales pro concurſu Parochialium:

Adm. R. & Egregium Canonicum Antiochū Maſia.

Adm. R. & Egregium Canonicum Baquidā Querqui.

Adm. R. & Egregium Doct. Mathiam Sala Peralta Vicarium generalem, & Canonicum Boſanen.

Adm. Reu. & Egregium Doctorem Ioannem Mura Canonicum Boſanen.

Adm.

Adm. R. & Egregium Canonicum Bartholomeum Manca.

Adm. R. & Egregium Canonicum Don Antonium Sini.

Adm. R. & Egregium Canonicum Ioſephum Maſia.

Adm. R. Baſilium *Sanna Sillente* Rectorem Sinnarioli.

Adm. R. Ioannem Gauinum Ibba Rectorem Villæ Nouæ.

Adm. R. & Egregium Doctorem Don Michaele Culgia Rectorē Parochialis Cullaris.

Adm. R. Ioſephū *Sanna Logu* Rect. Sagamæ.

Adm. R. Ioannem Stephanum Pira Rectorē Montis Leonis.

Adm. R. Franciſcum Didacum Piſquedda Rectorem electum Villæ de Romana.

Adm. R. Patrem Antiochum Lay Priorem Conuentus Carmelitarum.

Qui omnes in hanc formam iurauerunt.

EGo N. Deputatus Examinator in præſenti Synodo pro concurſu Parochialium iuro me fideliter perfuncturum hoc examinandi munere, relicto omni amore, odio gratia, aut

quolibet

quolibet humano reſpectu; ſic Deus me adiuuet, & hæc Sacroſancta Euangelia. Similiter ex Decreto eiuſdem Sacroſancti Concilij Tridentini, nominamus, deputamus, & eligimus in Iudices Synodales ad Apoſtolicas cauſas delegandas.

Adm. R. & Egregium Canonicum Leonardum Cauia.

Adm. R. & Egregium Canonicum Antoniũ Pitales.

Adm. *R.* & Egregium Canonicum Angelum Quelo.

Adm. R. & Egregium Canonicum Michaelẽ Angelum Ibba.

Cumque omnes Conſtitutiones, & Decreta Synodalia, alta, & intelligibili voce in ſugeſtu ab Adm. R. Canonico Ioſepho Maſia Secretario Synodi fuiſſent perlectæ.

Illuſtriſs. & *R*euerendiſs. D. Epiſcopus interrogauit; Dicens:

Placet ne vobis approbare, & recipere præſentes Conſtitutiones in hac noſtra Synodo factas?

Ref-

Reſponderunt omnes, placent, recipimus, & approbamus, ac propterea Illuſtriſs & Reuerendiſs. Dominus mandauit de prædictis fieri inſtrumentum, Acta ſunt hæc in Noſtra Cathedrali Eccleſia Boſaneñ ſub Inuocatione Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis. Die V. Menſis Februarij Anno 1665.

Laus Deo.

SACERI.

Ex Typographia Hieronymi de Caſtelui, Aguilò, & Logo.

Apud Antonium Seque.

De licentia Ordinarij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE